Digitized by Google

RECON

Digitized by Google

ΠΡΟΚΛΟΥ
ΔΙΑΔΟΧΟΥ ΠΛΑ-
ΤΩΝΙΚΟΥ
ΕΙΣ ΤΗΝ ΠΛΑΤΩΝΟΣ ΘΕΟΛΟΓΙΑΝ
ΒΙΒΛΙΑ ΕΞ.

PROCLI
SVCCESSORIS
PLATONICI
In Platonis Theologiam Libri Sex.

Per
ÆMILIVM PORTVM, FRANCISCI FIL. EX GRÆCIS FACTI LATINI, ET IN GRATIAM PLATONICÆ PHILOSOPHIÆ ſtudioſorum ex Illuſtriſſimi, Celſiſſimiq; Principis ac Domini, DN. FRIDERICI, DN. JOANNIS ADOLPHI Filii, Bibliothecá Gottorpianá Græcé ac Latiné, nunc primum in lucem editi.

Acceſsit MARINI NEAPOLITANI libellus
de Vitá PROCLI. item Concluſiones LV. ſecundum Proclum;
quas olim Romæ Illuſtris PICVS MIRANDVLA diſputandas
exhibuit. nec non INDEX rerum & verborum
locupletiſsimus.

HAMBURGI,
Et proſtant FRANCOFVRTI
APVD RVLANDIOS.
M. DCXVIII.

MINERVA G.m.b.H., Frankfurt am Main
Unveränderter Nachdruck 1960

Digitized by Google

EPIGRAMMA

IN PROCLVM.

ΕΝ δοίᾳ μάλα θυμὸς ἔην πάρ· ἄρτι δ' ἔολπα
λεχθῆναι ἑτεὸν τῆνο παλαιολάτοις.
ἄλλοκα ἄλλα βροτῶν ὑποδῦσα σώματα ψυχὰς,
Πυθαγόρην τε πέλεν, τόν ποκα Πανθοΐδην.
πάμπαν ἀναμφάριστ' ἔφυ σέο θέσκελ' ἐλίξαις
γράμματα, Πρόκλε σοφῶν ὄμμα φαεινόταιον.
ὡς ἐν πᾶσι μετέσιχες ἴχνια θεῖα Πλάτωνος,
Σωκρατικῶν ἀάρων ἄνθεα πάντα φέρων!
κ' ἀμβροσίαν μύσα, καὶ νέκταρ ἐν ἅδασι πάζες,
τὰν κραδίαν σοφίας μειλιχιᾶν κορέσας.
ἰὼν Ἀρίστωνός σ' ὀνυμαίνω, ἔυχος Ἀθηνῶν·
ψυχὰν γάρ τυ λάχες, τάν ποκ' Ἀριστοκλέης.

ANDREAS VVISIVS
Fac.

ÆMILII PORTI,
FRANCISCI PORTI CRETENSIS F.

B701
I44
1618a

EPISTOLA
Ad Lectorem.

QUám ſint incerti rerũ humanarum caſus, amice Lector, manifeſtè vides. Quamobrẽ etiam à te veniam faciliùs impetrabo, quòd promiſſa præſtare, fidemque meam apud Liberalium artium amatores, & antiquitatum ſtudioſos, liberare non potuerim. Suidam enim (qui pretioſiſsimos variarum Scientiarum theſauros continet, quem totum, ſummorum virorum hortatu, ac rogatu, Latinitate fideliter, & accuratè donavi, & in quo emendando, poliendo, in priſtinum ſplendorem reſtituendo, & perpetuis Notis illuſtrando, plures annos laboriosè conſumpſi) Suidam, præſtantiſsimum ſcriptorem, omnibus Muſarum cultoribus utiliſsimum, & perneceſſarium, typis (ſi Deus noſtris cœptis faveret) brevi mandatum iri promiſeram. Sed typographorum, qui pulcherrimum hoc opus ex pactis, & conventis erant excuſuri, & in lucem edituri, mors inſperata ſpem noſtram fefellit. Πᾶν οὖν ἀκτόσιον, ξυγγνώμης ἄξιον. Nam, ut canit Æſchylus in Prometheo:

Τὸ τῆς ἀνάγκης ἐς᾽ ἀδήριτον σθένος.

Communem igitur jacturam, quæ me præcipuè tangit, & ſperato diuturni laboris fructu præter expectationem privat, æquo feramus animo, novamque lætitiæ materiam divino favore nobis oblatam, alacriter amplectamur, noviſque ſuaviſsimorum bonorum delicijs quæ gratis nunc offeruntur, abundè fruamur. Nunc enim (amice Lector) Platonicam Procli Græco-latinam Theologiam in ſex libros diſtinctam, & ejuſdem Procli Theologicam Inſtitutionem, quæ CCXI. capita complectitur, habes libere legendam. Hic Proclus eſt antiquiſsimus Philoſophus, Platonis ſucceſſor, qui Platonis doctrinam, & docendi rationem in ſuis libris ſtudioſè ſequitur. Procli vitam Marinus Neapolitanus, ejus diſcipulus, & ſucceſſor, ſatis prolixè ſcripſit. Suidas etiam de Proclo multa memoratu digna tradit, ejuſque ſcripta plurima recenſet. Sed in rebus, quas alij fusè jam tractarunt, hîc repetendis non immorabor. Quæ verò de Præſentibus Procli ſcriptis nullus adhuc memoriæ prodidit, hæc ego paucis expediam

Digitized by Google

in gratiam illorum, qui veritatis audiendæ ſunt cupidi, non terreſtria: ſed cœleſtia ſpectantes, & affectantes. Quid enim omnia perſequerer importunè, quæ Proclus in his Platonicæ Theologiæ libris Lectori diſcenda proponit? Singulorum librorum capita conſulantur, quæ res in ijs copiosè tractatas, nobis ſummatim demonſtrant. In ipſis verò Theologicæ Inſtitutionis capitibus aliam rationem Proclus eſt ſequutus. Nam in ea capitum numerus ad marginem ſimpliciter eſt notatus. In textu verò, res ipſæ, quas ille ſibi tractandas propoſuit, prolixiùs explicãtur. Quamvis autem Proclus non Chriſtianus: ſed Ethnicus fuerit, ac proinde non unum tantùm, verumque Deum, æternum, omnipotentem, & rerum omnium Creatorem, & Conſervatorem agnoverit, ut eum ex Legis divinæ præſcripto coleret: ſed innumerabilẽ variorum Deorum multitudinem (cui Dæmones, Heroes, bonos, maloſque Genios, & Angelos addit) falſam Gentilium opinionem ſequutus, eſſe crediderit, & alijs vana Platonicæ Philoſophiæ, ſuique Præceptoris Syriani dogmata tradiderit, de Deo tamen multa magnificè ſcribit, quæ diceres ex divinis ſacræ ſcripturæ oraculis eſſe deſumpta. Ne longiùs abeamus, quum Proclus unum, primum, æternum, ſummumque Deum (unde cæteros originem traxiſſe, ſuæque naturæ firmitatem, & conſtantiam pendentem habere dicit) propter incomprehenſam, & ineffabilem divini numinis excellentiam, omni appellatione ſuperiorem eſſe ſtatuit, quum Deum & coloris, & figuræ, & tactus expertem, quum incorporea, inviſibili, & æterna natura præditum appellat, quum rerum omnium ſapientiſſimum opificem, qui res univerſas, & ſingulas à ſe conditas fovet, ſuáque divina providentia moderatur, adminiſtrat, atque conſervat, quum eum omnis cognitionis, & veræ ſapientiæ perennem fontem vocat, quum omnium bonorum ſuppeditatorem, quum omnium Virtutum Parentem, quum Vitæ non ſolùm autorem; ſed etiam conſervatorem, quum Deum ubique, & nuſquam eſſe, quum in omnibus locis eſſe, nec in ullo concluſum teneri, quum omnibus adeſſe, & omnia eſſe, & nihil eorum eſſe, quæ per ipſum ſunt, & quæ ſuum eſſe ab ipſo acceperunt, quum ubique præſentem omnia videre, & omnia ſcire, & unumquenque pro meritis, vel bonorum præmijs, vel malorum pœnis afficere dicit. denique quum Proclus Deum diſertiſſimis verbis appellat ſummum illud Bonum, quod omnia ſemper expetunt, ad quod omnia contendunt, & quod omnia participare ſtudent, quòd in eo ſolo per communionem, & cum eo conjunctionem, omnium felicitas, & beatitudo ſit repoſita, quum Proclus hæc, & alia quàm plurima his ſimilia paſsim de Deo ſcribit, quid (quæſo) magnificentius, quid ſublimius, quid auguſtius, & divinæ Majeſtati convenientius, ab homine mortali vel cogitari, vel ſcriptis mandari poſſet? Quum autem Proclus de Numeris verba facit, eorum naturam, & multiplicem poteſtatem nobis declarans, ternarium, & ſeptenarium maximè commendat, & utriuſque perfectionem laudibus in cœlum extollit, imparemque numerum pari cenſet anteponendum, ut Deo gratiorem, quod & Latinorum Poëtarũ Princeps, in Pharmaceutria confirmat, ternarij numeri præſtantiam & vim efficacitatis plenam deſcribens:

Terna tibi hæc primùm triplici diverſa colore
Licia circundo, terq́, hæc altaria circum
Effigiem duco: Numero Deus impare gaudet.

Quam-

Digitized by Google

Quamvis autem & ternarius, & ſeptenarius numerus ſit impar, ſeptenario tamen ternarium Proclus anteponit, ut altero perfectiorem, quòd in eo ſit principium, medium, & finis, & nihil ei deſit, quod eum imperfectiorem reddat, nihil ei addi poſsit, quod eum faciat perfectiorem, nihil etiam in eo redundet, quod ſuperfluum aliquid, & vitioſum indicet. Hinc ideo ſuas Deorum Trinitates ille deduxit, inter quas unam, primam, ſummamque ſtatuit, à qua cæteras pendêre, regiqué dicit, & rurſus, in hac prima, primum Deum cæteris duobus imperare tradit, ut illud primum, & ſummum unum, cæteris Numeris, qui ſuam ab Uno ducunt originem. Sed nos Chriſtiani, quorum Mentes æternus ille Juſtitiæ Sol cœleſti luce per ſuæ miſericordiæ clementiam, illuminavit, & vera noſtræ ſalutis cognitione donavit, in una ſola, ſacroſancta, individua, & æterna Trinitate Unum, & Trinum Deum, in tres perſonas ineffabili modo diſtinctum, *ὁμοούσιον*, *ἰσοδύναμον*, *ἰσότιμον*, per vivam fidem, eamque *θεόπνευστον*, agnoſcimus, veneramur, & adoramus, Patrem, Filium, & ſanctum Spiritum, ut cùm in alijs plurimis ſacræ Scripturæ locis, tum verò præcipuè, verbiſque diſertiſsimis, in Evangelio S. Matthæi, in ultimi capitis fine docemur. Jam verò quid ea perſequar, quæ Proclus prolixè tradit de cœlis, eorumque varijs orbibus, natura, motu, vi, & poteſtate, de quatuor Elementis, de eorum ſitu, cauſis, effectis, & commodis ad nos inde manantibus, de ſupercœleſtibus, cœleſtibus, terreſtribus, marinis, inferiſque Dijs, de ſingulorum Deorum natura, nomine, poteſtate, cuſtodia, qua res ſuæ tutelæ commiſſas cuſtodiunt, de Planetis, & in-primis de Sole, de cujus natura, viribus, facultatibus, & virtutibus mira profectò tradit? Quæ verò de Saturno, de Saturni nomine, Saturnijſque vinculis à Proclo dicuntur, non contemnendam utilitatem Lectoribus afferunt, & quomodo Poëtarum fabulæ ſint intelligendæ, nobis demonſtrant. Nam per illa fabularum involucra, quæ vulgus imperitum inconſideratè ſpectans, à Poëtarum lectione, tanquam rerum abſurdarum, fœdarum, & impiarum plena, deterretur, Poëtæ (quod apertè Proclus teſtatur) res cœleſtes, divinas, arcanas, & ab ignaræ multitudinis opinione remotas, ſignificare voluerunt. Quàm verò pulchra, quàm jucunda, quàm utilia, lectuque neceſſaria ſunt ea, quæ Proclus ſcribit de Scientijs, de Virtutibus, de Anima, de ejus natura, & immortalitatis cauſa, propter Similitudinem, quam habet cum Deo, item ea, quæ dicit de Mente, Mentiſque natura, & excellentia, de corpore, quomodo totum ubique uno, eodemque tempore eſſe nequeat, & quomodo corpus per animæ conjunctionem divinum eſſe dicatur, de Ævo, de Æterno, & Æternitate, & de æterna piarum animarum beatitudine, propter earum cum Deo, beatitudinis autore, communionem. Ex ijs autem, quæ ſuprà diximus, & quæ Lectoribus, ut quoddam perexiguum rerum in Proclo ſcriptarum ſpecimen hîc exhibemus, ſatis apparet, quanta ſit hujus ſcriptoris dignitas, utilitas, & cum verborum ornamentis, & ſplendore conjuncta ſuavitas. Si quis verò, quot in iſtis Procli doctiſsimis libris lineæ leguntur, propemodum tot aureas ſententias eſſe dixerit, ſuperlatione quidem uti videbitur, ab ipſa tamen veritate non procul aberrabit. Quod autem in his Procli ſcriptis maximam parit admirationem, illud eſt,

Digitized by Google

Dum Proclus de Deo, rebuſq; divinis, & cœleſtibus loquitur, propter eloquentiam, quâ plurimùm valet, eo dicendi genere utitur, quod Lectoris animum ſic afficit, ut ejus Mens extra corpus, vel ſupra cœlos ad manifeſtã Dei præſentiam, & choros Angelicos, quaſi quodam afflatu divino repentè quodammodo rapiatur, & cœleſti beatitudine jam frui videatur. Cæteris quoq; rebus, quas ordine pulcherrimo peritiſsimè tractat, orationem tribuit convenientem, eamq; multorum vocabulorum feliciſsimè compoſitorũ novitate non indecora, quaſi floribus quibuſdam inſertis, exornat. Multas etiam voces, phraſesq; reperies apud Proclum non mediocriter obſcuras, & τοῖς λεξικογράφοις prorſus ignotas, quarum obſcuritatem, atque difficultatem ipſa periodorum, & ſententiarum prolixitas, & longiorum παρενθέσεων crebritas auget. His adde priſcam, & paucis familiarem compendioſè literas, voceſq; pingendi rationem. Cæteras Græci textus manu-ſcripti non leves difficultates taceo, quas habebat antiquiſsimus codex minutiſsimis characteribus conſcriptus. Quibus omnibus incommodis, & impedimentis de medio ſublatis, jam (amice Lector) in hæc amæniſsima Procli prata, ſuaviſsimos flores lecturus, & Platonicæ Theologiæ nectar hauſturus, veni feſtinans. Sed antequàm in ea penetres, ne fortè per imprudentiam pecces, & tantorum bonorum, quæ tibi gratis (ut ſupra dictum) nunc offeruntur, verum autorem ignores, eumq; debitis honoribus, & gratiàrum actione fraudes, pauliſper hîc ſiſte gradum, & rei geſtæ veritatem diſce.

Illuſtriſsimus, Potentiſsimus, & Clementiſsimus Princeps, Dominus, Dominus IOHANNES ADOLPHUS, Hæres Norvegiæ, Dux Schleſvvigæ, Holſatiæ, Stormariæ, & Dithmarſiæ, Comes in Oldenburgk, ac Delmenhorſt, &c. Princeps perpetua colendus obſervantia, Princeps, qui dies, & noctes in hanc principalem curam totus incumbit, ut non ſolum populos à Deo ſuæ fidei commiſſos, juſtiſsimè regat, & in omni rerum affluentia viventes, pacatiſsimè gubernet: Sed etiam pro viribus, univerſo terrarum orbi paternè conſulat, ejuſq; commodis, honori, utilitati, ſalutiq; proſpiciat, & Remp. literariam ſapientiſsimis conſilijs, heroiciſq; factis quotidie juvet, atque promoveat, & perennibus decoret gloriæ monumentis, Hic Princeps, qui pro virtutum animo divinitùs inſitarum meritis nunquam ſatis laudari poſſet, Cùm ſub initium anni 1608. ſuam Bibliothecam præſtantiſsimis quibuſq; ſcriptoribus & Græcis, & Latinis inſtructiſsimam luſtraret, & varia librorum volumina volutaret, in antiquiſsimum hujus Procli manu-ſcripti codicem, quadam felici ſorte incidit, eum aperuit, & librorum capitibus attentè conſideratis, cognitaq; rerum in ijs tractatarum materia, quæ nihil vulgare, nihil humile continebat, confeſtim animadvertit, vel ipſos Theologos, Juriſconſultos, Mathematicos, Grammaticos, atque adeò Politicos homines, ex hoc ſcriptore, ſi latinitate fideliter donatus in lucem cum Græco textu prodiret, maximam utilitatem, & voluptatem percepturos. Quare ſine mora, ſapientiſsimus, & excellentiſsimus iſte princeps, verus Patriæ Pater, ardentiſsimo, laudatiſsimoque propagandæ virtutis deſiderio ſemper flagrans, ex domeſticis, quorum inſignem pietatem, prudentiam, atque doctrinam optime perſpectam habebat, quærere diligenter cœpit, cuinam hic literarius Procli theſaurus ex animi ſui ſententia tutò committi poſſet, ut eum primo quoque tempore cum alijs etiam Sapientiæ ſtudioſis, liberaliter

Digitized by Google

liter, & benignè communicaret. Cùm autem ipsius Celsitudo meum nomen à Clarissimis, & Amplissimis Viris officiosè commendatum audivisset, statim imperavit, meus animus per literas ab illis exploraretur, ut certò sciret, an ego provinciam illam Procli Latinitate donandi suscipere vellem alacriter. Quin etiam idem Clementissimus, & erga Musas munificentissimus Princeps, ut meis rebus meliùs consuleret, suæq; Celsitudinis, & Clementiæ paternum affectum, providamq; curam apertè mihi testaretur, me ipsum meilaboris, & operis æstimatorem esse voluit, & jussit, idq; per literas honorificentissimis verbis ad me suo jussu scriptas, & per tabellarium ex remotissimis locis, hac sola de causa missas, ipsius Celsitudinis propria manu subscriptas, & ejusdem sigillo obsignatas, in quibus mihi, meisque (si suæ Celsitudini fidelem operam in opere præscripto navarem) omnem suæ Clementiæ benevolentiam, & certissimũ suæ benevolentiæ testem, ipsam suæ Celsitudinis beneficentiam, & munificentiam, brevi, non tàm verborum, quàm factorum splendore confirmandam, ultrò detulit, & obtulit clementissimè. Cùm autem ipsius Celsitudo meam mentem ex meis literis intellexisset, & me ad imperata faciendum vidisset paratissimum, per alias literas eodem modo, quo suprà dictum, scriptas, & missas, egregiam talis ministri voluntatem, fidemq; collaudavit, & æquis, ac honestis ejus postulatis annuit serenissimo vultu, præmiumq; labori jam confecto dari decrevit, quod à tanti Principis munificentia dari decebat. O rarissimum, & præclarissimum Heroici pectoris exemplum! Præterea verò Clementissimus, & utilitatis publicæ studiosissimus Princeps, ut glorioſum regijs virtutibus corollarium adderet, mihi per literas summæ Clementiæ plenas mandavit, ut totum Proclum à me Latinè redditum, accuratissimè describerem, & è regione Græci textus, Latinam interpretationem fidelissimè collocarem, ut Græca Latinis, & Latina Græcis responderent, & aptè convenirent, ne Typographus (qui novum hoc opus, quod nunc primùm in lucem prodit, Principis munificentissimi sumptibus excudendum accepit) in vetustissimi codicis Græci manu-scripti Lectione difficillima per imperitiam gravissimè peccaret, & Lectoribus discendi cupidis impedimentum, ac moram afferret importunam. Quis igitur tam inhumanus, quis tam ingratus, quis à Musis tam alienus erit, qui Principis Illustrissimi Clementiæ, quæ Celsitudinis Heroicæ munificentiam omnibus scientiarum, & virtutum amatoribus, ultrò, gratisq;, liberrimè fruendam largitur, debitas gratiarum actiones, & debitos honores, ex animo persolvere dubitabit? Hîc tamen alijs ego nihil præscribam: sed quod ipse factis præstare non possum, id verbis saltem pro viribus præstare conabor, meosque conatus ab optimis, doctissimisq; Viris laudatum iri confido. Vale (amice Lector) & tuorum commodorum fautoribus, & promotoribus fave constanter, & beneficiorum ab Illustrissimi Principis Clementia in Literariam Remp. magnificentissimè collatorum memor, de splendidissimo Germanorum Principum ornamento, clara voce mecum dicere ne verecunderis:

Semper honos, nomenque tuum, laudesque canantur.

Digitized by Google

AD ILLUSTRISSIMUM, POTENTISSIMUM, ET CLEMENTISSIMUM PRINCIPEM, AC DOMINUM,

DN. JOHANNEM ADOLPHUM,

Hæredem Norvvegiæ, Ducem Schleſvvigæ,

Holſatiæ, Stormariæ, & Dithmarſiæ, Comitem in Oldenburgk, & Delmenhorſt, &c.

Dominum perpetua obſervantia plurimùm obſervandum,

ÆMILII PORTI, FRANCISCI PORTI CRETENSIS F.

Εὐχαριστήριον, liberumque carmen, cum latina interpretatione ad verbum.

Τίνα βροτῶν, τίν' ἡρώων,
τίν' ἀγαυῶν ἡγεμόνων,
τοῖς αὐλοῖσιν ἡδυπνόοις,
ἢ κιθάρᾳ τερπνολάλῳ
κλειὼ κλείειν ἤδη λήψῃ;
τὰς μὲν ἄλλας ἄλλος ᾄδῃ,
καὶ λιγείαις ἀοιδάων
κοσμοίη Φωναῖς ἑάων,
ἐς τὰς πόλας, ἠδ' ἐς ἄστρα
τοὔνομα κείνων ἀείρων.
Ἀλλὰ τύνη κασιγνήτης
μετὰ τῆς σέο Φιλτάτης
καλλιόπης, καλὴν ὄπα
προφρονέως ἐκ στομάτων
ἐξιεῖσα τῶν ῥοδέων,
τῶν αὐλῶν, καὶ τῆς κιθάρας,
εἰ δὲ θέλῃς, καὶ τῶν ἄλλων
μουσικῶν ἦχας ὀργάνων
προστιθεῖσα, καινὸν μέλος,
ἀγαθαῖσιν ἅμα τύχαις,
ἡμῖν μέλπε, τὸ γανώσῃ
Φρένα, καὶ θυμὸν ἐκείνου,
τῶπερ, ὦ θεά, τεάων
γλίχομαι δῶρα τρυφάων

QUem mortalium, quem Heroum,
Quem Illuſtrium Ducum,
Tibijs ſuaviter-ſpirantibus,
Vel cithara dulciloqua
Clio celebrare jam ſumes?
Alios quidem alius canat,
Et canoris carminum
Ornet vocibus ſuorum,
Ad polos, & aſtra
Nomen illorum extollens.
Sed tu ſorore
Cum tua chariſſima
Calliope, pulchram vocem
Prompte ex ore
Emittens roſeo,
Tibiarum, & citharæ,
Si verò vis, & aliorum
Muſicorum ſonos inſtrumentorum
Addens, novum carmen,
Bona cum fortuna,
Nobis cane, quod exhilaret
Mentem, & animum illius,
Cui, ô Dea, tuarum
Cupio dona deliciarum.

Grati-

Digitized by Google

Gratificans donare.
Hujus enim divinum genus
Verè encomijs
Dignum est omnigenis.
Quare donorum
A-Musis-profectorum perennibus
Rigari fluxibus jubet
Phœbus, ille Musarum Dux,
Talis generis splendorem.
A nobis, à nobis
Procul, procul nunc abitò
Græcorum jactatorum
Omne verbum fictum,
Et assentationis plenum.
Etenim nobis Altedominans
Ex Olympi verticibus
Præter omnem expectationem
Manum misit servatricem,
Et monstrorum domitorem
Dedit nobis ingentium,
Qui fortitudinis invictæ
Robore exultans divinitùs-inspirato,
Illam Alcidæ prioris
Justam nominis-appellationem
Fert, verbis facta exæquans.
Salve igitur, salve iterum,
Salve tertiùm, sceptrigerorum
Sacrum germen Regum.
Doma, doma Ignorantiæ
Dominationem ferinam;
Et fœtus Insciticæ
Omnes omnino ex terra
Expellens deleas.
Doma, doma Vitium,
Et Superbiam,
Et fœdis horum liberis
Non-parcens bellum-infer.
Doma, doma Paupertatem,
Pessimam ferarum
Omnium, quæ mortales cruciant:
Cujus dentes venenum-ejaculantes
Innocentibus Poëtis
Dolores insanabiles
Injiciunt crudeliter,
Et sæpè interficiunt

χαριζόμενοι δωρεῖσθαι.
Τοῦτο γὰρ τὸ θεῖον γένος
ἀτρεκέως ἐγκωμίων
ἄξιον ἦτε παντοίων.
τοὔνεκα τῶν χαρισμάτων
τῶν μουσάων ἀενάοις
ἄρδεσθαι ῥοαῖς ἀνώγει
Φοῖβος, ὁ Μουσῶν ἡγήτωρ,
τοίου γένους ἀγλαΐαν.
ἀΦ' ἡμείων, ἀΦ' ἡμείων
πόρρω, πόρρω νῦν ἀπίτω
τῶν Ἑλλήνων κομπασάων
ἅπαν ῥῆμα πεπλασμένον,
καὶ θωπείας πεπλησμένων,
καὶ γὰρ ἡμῖν ὑψιμέδων
ἐξ Ὀλύμπου τῶν κορυφῶν
παρὰ πᾶσαν προσδοκίαν
χεῖρα πέμψε σωτηρίαν,
καὶ τεράτων δαμαστῆρα
δῶκεν ἄμμι τῶν πελώρων,
ὅσπερ ἀλκῆς ἀνικήτου
κάρτει γαίων θεοπνεύστῳ,
τὴν Ἀλκείδου τοῦ προτέρου
δίκαιον Φερωνυμίαν
Φέρει, λόγοις ἔργ' ἰσάζων.
Χαῖρε τοίνυν, χαῖρε πάλιν,
χαῖρε τρίτον σκηπτροΦόρων
ἱερὸν ἔρνος βασιλήων.
Δάμα, δάμα τὴν Ἀγνοίας
θηριώδη δυναστείαν,
καὶ γεννήματ' Ἀϊδρείας
πάντα πάντως ἐκ τῆς αἴας
ἐκδιώκων ἀΦανίζῃς.
Δάμα, δάμα τὴν κακίαν,
Καὶ τὴν ὑπερηΦανίαν,
ἠδ' αἰσχροῖσι τῶνδε τέκνοις
ἀΦειδέως πολεμίζειν.
Δάμα, δάμα τὴν Πενίαν,
τὴν κακίστην τῶν θηρίων
πάντων, ἃ θνητοὺς τιθῄσιν,
ἧς ὀδόντες ἰοβόλοι
τοῖς ἀθώοις μουσοπόλοις
ἀλγηδόνας ἀνηκέστους
ἐπιβάλλουσιν ἀνοίκτως,
Καὶ πολλάκις ἀναιροῦσιν

θᾶσσον,

θᾶσσον, ἢ τῶν ἐχιδνάων
ἐν Μελίτῃ γεννητάων
ἰὸς, ᾧ γλῶσσα τριγλῶχιν
τῶν κυνοδάλων ἀνημέρων
πᾶλαμναῖς Φιλεῖ βάλλειν.
Δάμα, δάμα τὴν Πενίαν,
καὶ ταύτης ἀναισχυντίαν,
μυρίων κακῶν αἰτίαν.
Ὦ κυνῶπις ὠ ταχεῖα
σοὶ ἁπάσῃ τῇ κακίᾳ,
τὰς ἀρετῶν σεβασῆρας
εἰρηναίας καλλιπῦσα,
πρὸς ἀσώτους, ἠδ' ἀλείτας,
ἀσεβεῖς τε προσελεύσῃ,
καὶ ποιναῖς ὀφειλομέναις
τὰς ἀδίκους τιμωρήσεις;
Δάμα, δάμα τὴν Πενίαν,
καὶ ταύτης ἀναισχυντίαν,
μυρίων κακῶν αἰτίαν.
Τὰς ὑπὸ τῆς δὲ τρωθέντας
ὠ Μαχάων, ὠ Παιήων
τῷ χυλῷ τῆς παιονίας,
ἢ Φαρμάκοις ἰατρείας
τοῖς κοινοῖσι θεραπεῦσαι
δυνατ', ἀλλ' ὁ Πλοῦτος μόνος
ῥεύμασι χρυσοῦ ποτοῖο
θησαυροῖς ἐν τοῖς ἑοῖσιν
ὃν ἀκριβέως φυλάττει,
τὰς τῆς Πενίας βελέμνοις
τοῖς πικροῖς τραυματισθέντας
δυνάταις καλῶς ἰᾶσθαι
τῷδε πόσει καλλιῤῥόῳ,
τὴν οἰκτίρμων εὐμενέως
πᾶσι μὲν τοῖς εὐσεβέσι,
μάλιστα δ' ἀοιδοπόλοις
δυσυχίᾳ πιεσθεῖσι
διὰ τὸν Ζωΐλου φθόνον,
καὶ διὰ συκοφαντίας
τῶν ἐχθρῶν τῆς ἀληθείας,
χορηγεῖ μεθ' εὐδοξίας.
Δάμα, δάμα τὴν Πενίαν,
καὶ ταύτης ἀναισχυντίαν,
μυρίων κακῶν αἰτίαν.
αὐτὰρ τὸ σθένος Δικαίας,
ὡς ποιεῖς, ἐν τοῖς ἀνθρώποις,

Citiùs, quàm viperarum
In [insula] Meüta natarum
Venenum, quo lingua tricuspis
Harum ferarum immanium
Sceleratos solet petere.
Doma, doma paupertatem,
Et hujus impudentiam,
Sexcentorum malorum autorem.
O caninis-oculis-præditа non velox
Cum omni vitio,
Virtutum cultores
Pacatos relinquens,
Ad prodigos, & peccatores,
Impiosq; accedes,
Et pœnis debitis
Injustos punies?
Doma, doma paupertatem,
Et hujus impudentiam,
Sexcentorum malorum autorem.
Homines ab hac vulneratos
Non Machaon, non Paeon
Ipso succo paeoniæ [herbæ,]
Vel pharmacis Medicinæ
Communibus curare,
Potest: Sed Plutus solus
Liquoribus auri potabilis
Thesauris in suis
Quod accuratè custodit,
Homines paupertatis sagittis
Amaris sauciatos
Potest egregiè sanare,
Hujus potione pulchriflua,
Quam misericors benignè
Omnibus quidem pijs,
Præcipuè verò Poëtis
Adversa-fortuna pressis
Propter Zoili invidiam,
Et propter calumnias
Inimicorum veritatis
Suppeditat cum gloria.
Doma, doma paupertatem,
Et hujus impudentiam,
Sexcentorum malorum autorem.
Sed robur Justitiæ,
Ut facis, inter homines,

CARMEN.

O principum Decus, auge,
Et populorum commissorum
Tuæ peritiæ,
Et tuæ sanctimoniæ,
Pulchras habenas rege
Perpetuò per rectam
Viam Justiciæ.
Sic enim læticiæ
Fructum suavissimum percipies,
Et nullum tempus auferet
Gaudium voluptatum,
Ter-optabile partarum
Virtutibus heroicis,
Quibus mortalium, & immortalium
Pater, & Moderator
Ornavit tuum pectus.
Non vides ut rident
Omnes telluris incolæ,
Quoniam se vident
Justis sub sceptris
Principis à-Deo-dati
Vitam agere beatè?
Non vides quomodo saltent,
Et pedes quomodo moveant
Chori fœminarum
Legitimè conjunctarum
Cum suis maritis,
Dei gloriam celebrantes,
Dulcibus, & extollentes
Cantibus Altitonantis
Immensam bonitatem,
Simul & Misericordiam
Majorem omnibus humanis
Verbis, & elegantib. carminibus.
Quòd populis in caligine
Ignorantiæ versantibus
Principem dedit opportunè,
Qui luce veritatis
Cœlitus delapsæ
Dissipavit universæ
Tenebrosam imperitiæ
Nubem, & venerandæ doctrinæ
Fecit-exoriri radios,
Quibus suum principatum
Ut sol illuminat,

ὦ Κοιράνων κῦδος, ἄυξε,
καὶ λαῶν ἐπιπραπέντων
τῇ σευ ἐπιστημοσύνῃ,
καὶ τῇ σευ ἁγιωσύνῃ,
τὰς καλὰς ἡνίας ἔχε
νωλεμέως ἀν' εὐθεῖαν
ὁδὸν τῆς Δικαιοσύνης.
Οὕτω γὰρ τῆς εὐφροσύνης
καρπὸν ἥδιστον καρπώσῃ,
κ' οὐδεὶς χρόνος ἀφαιρήσει
τὴν χαρὰν τῶν ἡδονάων
τὴν τριπόθητον πλητάων
ἀρεταῖς ἡρωϊκαῖσιν,
αἷς θνητῶν, ἰδ' ἀθανάτων
ὁ γεννήτωρ, καὶ κοσμήτωρ
κόσμησεν τὸ σεῖο στερνον.
Οὐχ ὁρᾷς οἷα γελῶσι
πάντες ἄῤα ναετῆρες,
οὕνεκεν αὐτοὺς ὁρῶσι
θεμιστείοις ὑπὸ σκήπτροις
ἡγεμόνος θεοδότου
βίον ἄγειν εὐδαιμόνως;
Οὐχ ὁρᾷς οἷα πηδῶσιν,
καὶ πόδας οἷα νωμῶσιν,
οἱ χοροὶ θηλυτεράων
ἐννόμως συζευχθεισάων
τοῖς ἑοῖσι παρακοίταις,
τοῦ θεοῦ κλέος ὑμνοῦντες,
γλυκεροῖσιν ἠδ' ὑψοῦντες
ἄσμασιν, ὑψιβρεμέτου
νήριτον ἀγαθωσύνην,
ἅμα δ' ἐλεημοσύνην
μείζω πάντων ἀνδρομέων
λόγων, καὶ κομψῶν ἐπέων,
ὅτι λαοῖς τοῖς ἐν σκότει
τῆς ἀγνοίας τροφωμένοις
ἄρχοντα δῶκεν εὐκαίρως,
ὃς τῷ φέγγει νημερτείας
οὐρανόθεν καταβάσης
διεσπέδασεν ἁπάσης
ζοφερὸν τῆς ἀμαθίας
νέφος, καὶ σεμνῆς παιδείας,
ἀνέτειλεν τας ἀκτῖνας,
αἷς οἰκείαν δυναστείαν
ὥσπερ ἥλιος φωτίζει,

πάντα

πανλαχόθεν ἐκλαμπρωύων;
οὐχ ὁρᾷς παρθενικάων
τὰς χορὰς καλλιπαρήων,
ἅμα τοῖσιν ἠϊθέοις
εὐγενέσιν, ἠδ' ἀγνοῖσι
χορείας ἁγνὰς χορευῦτας,
καὶ θεὸν, θεᾶτε δῶρα
λαμπροφώνως ἀνυμνουῦτας;
οὐκ ἀΐεις νεωτέρων,
οὐκ ἀΐεις γεραιτέρων,
ἀῤῥένωντε, θηλέωντε,
τὸν θεὸν, θεοῦτε δῶρα
μεγαλοπρεπῶς ᾀδόντων;
ἀληθέως, ἀληθέως
νυῦ αἰὼν χρύσεος θάλλει,
χρύσεοί τ' ἄνδρες κυροῦσιν,
καὶ λίαν εὐδαιμονοῦσιν,
ἄρχοντος τοίου τυχόντες
παρὰ θείας εὐμενείας
ἑαυτοῖς δεδωρημένου.
Ἀληθέως, ἀληθέως
νυῦ αἰὼν χρύσεος θάλλει,
χρύσεοί τ' ἄνδρες κυροῦσιν,
καὶ λίαν εὐδαιμονοῦσιν,
ἀρχοῦ τοίου πειθαρχουῦτες
ταῖς δικαίαις ἐντολαῖσι,
καὶ χωρὶς Φόβων ἁπάντων,
ἵλεων ἔχοντες θεῖον
σέβας, τὸν βίον βιοῦσιν
εἰρηναῖον, ἔνδοξόντε,
καὶ τὴν Φοβερὰν δηΐοις
ἄλκην, ἠδὲ προσασίαν
τὴν Ἀλκίδου κελαδοῦσι
τὴν πιςὴν, τὴν ἀνικήτου,
καὶ σοφίαν ἐξασκοῦνλες,
τὴν ἀέναον πασάων
πηγὴν οὖσαν ἀρετάων,
τὸν θεὸν, δοτῆρα πάντων
ἀγαθῶν, ἀδιαλείπτοις
προσφοραῖς ὕμνων τιμῶσι,
καὶ τούτοις ἀγαλλιῶσι.

Undique illuſtrans?
Non vides virginum
Choros pulchrigenarum
Cum adoleſcentibus
Nobilibus, & caſtis
Choreas caſtas agitare,
Et Deum, Deiq; dona
Clara voce celebrare?
Non audis Juniores,
Non audis Seniores,
Mareſq;, fœminasq;,
Deum, Deiq; dona
Magnificè canentes?
Verè, verè
Nunc ævum aureum floret,
Aureiq; viri ſunt,
Et valde beati-ſunt,
Principem talem adepti
A divina benignitate
Sibi donatum.
Verè, verè
Nunc ævum aureum floret,
Aureiq; viri ſunt,
Et valde beati-ſunt,
Principis talis obtemperantes
Juſtis mandatis,
Et ſine terroribus omnibus,
Propitium habentes divinum
Numen, vitam vivunt
Pacatam, glorioſamq;,
Et formidabilem hoſtibus
Potentiam, & patrocinium
Alcidæ celebrant
Fidum invicti,
Et ſapientiam excolentes,
Perennem omnium
Fontem exiſtentem virtutum,
Ipſum Deum, donatorem omnium
Bonorum, perpetuis
Oblationibus hymnorum honorant,
Et his exultant.

AD EUNDEM

ILLUSTRISSIMUM, POTENTISSIMUM, ET CLEMENTISSIMUM Principem, ac Dominum,

DN. JOHANNEM ADOLPHUM, &c.

EIUSDEM ÆMILII PORTI, &c.

Liberum carmen dimetrum catalecticum Græcum cum Latina interpretatione ad verbum.

DONA revera
Deos iratos
Mortalium peccatis
Facilè placant,
Iuxta proverbium
Jam pridem vulgatum.
Pœbus ille Musarum
Dux auricomarum,
Suis arcubus,
Et sagittarum cuspidibus
Sæpe fuit paratus
Ferire, mortem ferentibus,
Caput injustorum,
Et impiorum violentiam.
Sedaturus jam erat
Superbientem;
Sed supplicum
Aurea sacrificia.
Conspicatus, & supplicationes
Manuum non inanium,
Et auri splendorem
Splendidi miratus,
Velox abjecit arcus,
Et remisit iræ
Priorisrobur,

τὰ δῶρα νητρεκέως
τὺς θεὺς χολωθέντας
ταῖς βροτῶν ἁμαρτίαις
ῥᾳδίως ἐξιλάσκει,
καὶ τὴν παροιμίαν
πάλαι τεθρυλλημένην.
ὁ Φοῖβος ὁ Μουσάων
ἡγεμὼν χρυσοκόμων,
τοῖς ἑαυτοῦ τόξοις,
καὶ βελῶν ἀκωκαῖσι
πολλάκις ἦν ἑτοῖμος
βαλεῖν, κῆρα φορέσαις,
τὴν κεφαλὴν ἀδίκων,
ἠδ' ἀθεμίστων βίαν
παυσέμενος ἤδη μέλλε
τὴν ὑπερηφανῶσαν·
ἀλλὰ τῶν ἱκετάων
τὰς χρυσέας θυσίας
ἰδὼν, ἰδ' ἱκετείας
τῶν χερῶν ἀκενάων,
ἠδὲ χρυσοῦ φέγγος
ἀγλαοῦ θαυμάσας,
ὠκὺς ἀφῆκε τόξα,
καὶ μεθῆκε τοῦ μένους
τοῦ προτέρου τὸ μένος,

ἵλεώς τε δωλίνην
παρέλλαβεν δοθεῖσαν,
ἡδύ τε μειδιάσας,
ἠδὲ Φαιδροῖσι δέρκων
ὄμμασι τοὺς ἱκέτας,
εἰς ἑὰς πέμψε δόμους
μετὰ χαρᾶς γλυκείας.
Τὸν νεφεληγερέτην,
θεὸν ὑψιβρεμέτην
ποσάκις ἀνδρομέη
γενέθλη φλογωθέντα
λεῦσεν ὀργῇ κηλέῳ,
κεραυνῷ θ' ὁπλισθέντα,
γηγενῶν ὀλετῆρι
γιγάντων, ὅφρα πόλεις,
καὶ πόλεων ναέτας
πανώλεις ἀπολέσῃ;
τῶν ἀτὰρ ταῖς λιταῖσι,
καὶ χρυσῷ μειλιχίαις:
ἐξιλαωθεὶς ἡδείαις,
ἀπέρριψεν ἀάπτων
ἐκ παλαμάων βέλος
πυρφόρον, ἠδ' αἰθρίαν
εἰς ὐρανὸς ἀνῆγε,
νέφη διασκεδάσας,
τὴν ἔθεν ἠδ' ὀπάσας
ἐκείνοις εὐμενείην,
ἁπάντων τῶν κτημάτων,
ὧν ἔχουσιν, ἀμείνω.
Τίς οὖν χαμαιγενέων,
τῶν ὑπερουρανίων
θεῶν ὑπῆρχε μείζων;
τίς οὖν θνητοῖο γενοῦς
ἐὼν πάϊς, θέλει μείζους
τιμὰς ἔχειν, ἢ θεοί;
θεοὶ δώροις λιτάων
τῶν καθαρῶν ἀρκοῦνται.
Σὲ τοίνυν λαμπροτάτων
γερμανικῶν ἡρώων
κῦδος ἡλιακαῖσι
μαρμαρυγαῖς ὁμοῖον,
σὲ τοῖς θεοῖσιν ἶσον,
κατὰ τὴν δώρων λῆψιν
εἰ καθιστάναι θέλω,
τίς ἐμῆς εὐσεβείας

Propitiusq́ donum
Accepit datum,
Dulceq́ ridens.
Et latis uſpiciens
Oculis ſupplices,
In ſuas remiſit domos
Cum gaudio ſuavi.
Illum nubium-congregatorem;
Deum altitonantem
Quoties humana
Progenies inflammatum
Vidit ira ardente,
Fulmineq́ armatum,
Terrigenarum perditore
Gigantum, ut urbes,
Et urbium incolas
Omnino-perditos perderet?
Illorum at precibus,
Et auri blandicijs
Placatus jucundis,
Abjecit invictis
Ex manibus telum
Igniferum, & ſerenitatem
In cœlos reduxit,
Nubibus diſſipatis,
Suam & præbens
Illis benignitatem,
Omnibus poſſeſſionibus,
Quas habent, præſtantiorem
Quis igitur humi-genitorum,
Ipſis ſupercœleſtibus
Dijs exiſtit major?
Quis igitur mortalis generis
Exiſtens filius, vult majores
Honores habere, quàm Dij?
Dij donis precationum
Purarum ſunt-contenti.
Te igitur illuſtriſſimorum
Germanicorum Heroum
Gloriam ſolaribus
Splendoribus ſimilem,
Te ipſis Dijs parem,
In ipſa donorum ſumptione,
Si conſtituere volo,
Quis meæ pietatis

Deſi-

Desiderium vituperabit
Præclarum? Reverentiamq́,
Jure quis vituperabit
Meam, quatuarum
Valde-divinarum virtutum
Dignitatem honoro,
Omnigenis canens
Et te, & istam carminibus?
Te igitur pulchrarum
Pulchris donis precaticnum
(Quarum ineffabiles vires,
Significationesq́, non-divulgandas,
Vates existens, nosti rectè)
Ut benevolus mihi sis,
Volo nunc donare.

τὸν ἵμερον μωμεύσει
τὸν καλόν; ἐντροπήν τε
δικαίως τίς ὀνόσει
τὴν ἐμὴν, ἢ τεάων
ζαθέων ἀρετάων
ἀξίωμα γεραίρω,
πανοδαπᾶς μολπάζων
καὶ σὲ, καὶ τόδε μολπᾶς;
σὲ τοίνυν τῶν καλάων
καλοῖς δώροις λιτάων
(ὧν ἀφάτους δυνάμεις,
σημασίας τ' ἀῤῥήτους,
μάντις ὢν, οἶσθα καλῶς)
ἵν' εὐμενής μοι κυρῇς,
ἐθέλω νυῦν δωρεῖσθαι.

Datum Cassellis, Kalendis Septembris,
ANNO M. DC. X.

FINIS.

ΜΑΡΙΝΟΥ ΝΕΑΠΟΛΙΤΟΥ ΠΡΟΚΛΟΣ, Η ΠΕΡΙ ΕΥΔΑΙΜΟΝΙΑΣ.

MARINI NEAPOLITANI, DE VITA PROCLI, ET FELICITATE LIBER.

Cum Incerti Authoris Interpretatione.

Ἐπ' μὲν εἰς τὸ μέγεθ & τῆς ψυχῆς, ἣ τὴν ἄλλην ἀξίαν ἔβλεπον τῶ καθ' ἡμᾶς γεγονότος Φιλοσόφ Πρόκλ· ἔτι δὲ εἰς τὴν ἐν τῶ λέγειν δωάμιν, τῶν ἀναγράφειν ὁ φιλόντων τὸν ἐκείνε βίον, κ πρὸς τύτοις ἐώρων τὴν ἐμὴν ἐν τοῖς λόγοις ἀδένειαν, καλῶς ἂν ἔχειν ἔδοξέ μοι ἡσυχίαν ἄγειν, καὶ μὴ τὸ λεγόμενον ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα ἅλλεσθαι, καὶ τοσῦτον ἐκ τῶ λέγειν ἀναρρίπτειν κίνδωνον. νυνὶ δὲ ἀ ταύτη παραμετρῶν τὸ ἡμέτερον, ἐνθυμέμεν & δὲ, ὅτι κἂν τοῖς ἱεροῖς οἱ τοῖς βωμοῖς προσιόντες ἀκ ἐκ τῶν ἴσων ἕκαστοι τὰς ἁγισείας ποιῦνται· ἀλλ' οἱ μὲν διὰ ταύρων, ἢ αἰγῶν, κ τῶν ἄλλων τῶν τοιύτων ἐπιτηδείως ἑαυτὸς παρασκευάζυσι πρὸς τὴν μετυσίαν τῶν θεῶν, ὧν οἱ βωμοί· κ δὴ κ τὰς ὕμνως κομψότερον ἐργάζονται, τοὺς μὲν ἐν μέτροις, τοὺς δὲ καὶ ἄνευ μέτρων. ἕτεροι δὲ τούτων μὲν ἀδὲν ἔχοντες προσάγειν, πόπανον δὲ μόνον, καὶ χόνδρον εἰ τύχοι λιβανωτῶ θύοντες, καὶ βραχεῖ δέ τινι προσρήματι τὰς ἐπικλήσεις ποιέμενοι, ἀδὲν ἧττον ἐκείνων εὐηκοΐας ἀπολαύυσι. ταῦτα λογιζόμεν &, κ προσέτι δεδιὼς κατ' ἴδιον μήτι & παρὰ θεοῖς, ὡς πο ἐκεῖνος ἔφη, παρὰ δὲ

SI magnitudinẽ animi, vel cæterã dignitatẽ Procli noſtri tẽporis Philoſophi conſiderarſem : tum quib. rebus inſtructos, quaq; dicendi facultate præditos eſſe conveniat, qui ſibi vitam illius deſcribendam ſumant ; denique ad meam reſpexiſſem inopiam dicendi, rectius eſſe judicaſſem, me cõtinere, foſsásque (quod ajunt) non tranſilire, ac tantum orationis declinare periculum. Jam verò in hoc non habui tam exquiſitam rationem mei, cum cogitarem, quod etiam in templis, qui ad aras accedunt, non paria ſinguli ſacra faciant ; ſed alij tauris, vel capris, cæteriſquè generis ejuſdem curent, ut Deorum, quorum illæ ſunt aræ, non indigni ſint beneficentia : item hymnos efficiant elegantius, alij metro, alij oratione ſoluta. cæteri verò, qui nihil eorum habent, quod offerant ; ſed vel placentam ſolum, & micam fortè thuris ſacrificant, & brevi compellatione invocationes expediunt, non minus alijs exaudiátur. Hæc, inquam, dum cogitarem, & ſimul vererer (ut eſt apud Ibycum) ne quid non erga Deos (ſic enim ajebat ille) ſed erga ſapien-

ſapientem virum delinquens, laudem apud homines aſſequerer. Etenim neque fas eſſe duco, quod unus ego familiarium ſileam, atque de eo non pro viribus ea referam, quæ vera ſunt, quē fortè præ cæteris loqui deceat. ac fortaſſe ne apud homines quidem gloriam conſequar, quod non omnino exiſtimaturi ſunt, oſtentationem me vitare voluiſſe; ſed quadam mentis inertia, vel etiam graviori animi morbo ab inſtituto negotio refugiſſe. His omnibus commotus aggrediendum mihi exiſtimavi, ut aliqua hujus Philoſophi præclara conſcriberem; cùm ſint infinita, atque adeò veriſimè de eo commemorentur. Auſpicabor itaque non uſitata ſcriptorum conſuetudine, qui orationem in capita diſtributam ordine pertractant, ſed ipſam felicitatem beati viri rectiſsimè videor fundamentū jacturus orationis. Etenim arbitror fuiſſe eum feliciſsimum eorum hominum, qui multis antea ſeculis celebrati ſunt, non dico ſapientum beatitudine tantum, quamvis hanc omnium maximè poſſideret, neq; eò quod illi corporis bona quam optimè conſtituta fuerint, neque rurſum ratione fortunarum, tametſi etiam iſtæ, ſi cuiquam hominum, illi maximè contigerunt. Omnium enim, quæ dicuntur externa bona, magna ſuppetebat illi copia. ſed perfectam, omnibus partibus abſolutam, & ex his utriſque conſtitutam felicitatem dico. Primum itaque ſecundum genera diductis virtutibus in naturales, & morales, & politicas, itemque ſublimiores, quæ in purificatione verſantur & contemplatione, eaſque quibus ad aliquam deorum ſimilitudinem pervenitur, quæ verò ſunt his etiam ſuperiores præteritis, ut jam ſupra hominem

ἀνδρὶ σοφῷ ἀμπλακών τιμὰν πρὸς ἀνθρώπων ἀμείψω δέδοικα γὰρ μὴ ὁδὲ ὅσιον ἢ μόνον ἐμὲ τῶν ὁμιλητῶν σιωπᾷν, καὶ μὴ τὰ ἀληθῆ περὶ αὐτοῦ καλὰ δύναμιν ἰσορρεῖν, καίτοι προλῶν ἄλλων ἴσως ὀφείλοντα φθέγγεσθαι. τάχα δὲ ὁδὲ τὴν παρὰ τῶν ἀνθρώπων τιμὴν ἀμείψω. ὁ γὰρ πάντως οἰήσονταί με τὴν αὐθάδειαν ἐυλαβούμενον, δι' ἀργίαν δέ τινα τῆς διανοίας, ἢ καί τι ἄλλο δεινότερον τῆς ψυχῆς νόσημα ἀπολιμπάνεσθαι τοῦ προκειμένου σκοποῦ. ἐκ τούτων ἁπάντων καθεῖναι πάντως ἐμαυτὸν ἐδοκίμασα, εἰς τὸ συγγράφειν ἕνια τῶν τοῦ φιλοσόφου, μυρίων ὅσων ἐν τῷ βίῳ πλεονεκτημάτων, καὶ ὅλως τῶν περὶ αὐτὸν ἀληθῶς ἱσορημένων. ἄρξομαι δὲ τοῦ λόγου, ὁ τὸν εἰωθότα τρόπον τοῖς λογογράφοις τοῖς κατὰ κεφάλαια τὸν λόγον ἐν τάξει μεθοδεύσιν· ἀλλὰ τὴν εὐδαιμονίαν τοῦ μακαρίου ἀνδρὸς κρηπῖδα οἶμαι πρεπωδεστάτην τῷ λόγῳ θήσομαι. καὶ γὰρ οἶμαι αὐτὸν εὐδαιμονέστατον γεγονέναι ἀνθρώπων τῶν ἐν μακρῷ τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ τεθρυλλημένων· ὁ κατὰ μόνην λέγω τὴν τῶν σοφῶν εὐδαιμονίαν, εἰ καὶ τὰ μάλιστα ταύτην διαφερόντως ἐκέκτητο· ἔθ' ὡς αὐτῷ τὰ τῆς ἀρετῆς εἶχεν αὐτάρκως πρὸς εὐζωΐαν· ὁθ' ἅυ πάλιν τὴν πρὸς τῶν πολλῶν ὑμνουμένην εὐπολμίαν, εἰ καὶ αὐτὴ πάλιν ἐκ τύχης αὐτῷ εὖ παρεσκεύασο, εἴπερ τῷ ἄλλῳ ἀνθρώπων· κεχορήγηκε γὰρ ἀφθόνως ἅπασι τοῖς ἔξωθεν λεγομένοις ἀγαθοῖς· τελείαν δέ τινα βούλομαι, καὶ πάντη ἀνελλιπῆ ἐξ ἀμφοτέρων ἐκείνων εὐδαιμονίαν σωσεσῶσαν εἰπεῖν. πρῶτον δὴ ὖν καὶ τὰ γένη διελόμενοι τὰς ἀρετὰς, εἴτε φυσικὰς, καὶ ἠθικὰς, καὶ πολιτικὰς, καὶ ἔτι τὰς ὑπὲρ ταύτας καθαρτικάς τε καὶ θεωρητικὰς, καὶ τὰς ἄτω δὴ καλουμένας θεουργικάς· τὰς δὲ ἔτι ἀνωτέρω τούτων σιωπήσαντες, ὡς καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον

ἤδη τεταγμένας, ἀπὸ τῶν φυσικωτέρων τὴν ἀρχὴν ποιησόμεθα. αἵτινες ἐκ γενετῆς τοῖς ἔχουσι συμφύτως ὑπάρχουσι, καὶ τῷ ὑμνουμένῳ δὲ παρ' ἡμῶν ἀνδρὶ μακαρίῳ ἐκ τῆς πρώτης γενέσεως συγγενεῖς ἦσαν ἅπασαι· ὧν τὰ ἴχνη καὶ ἐν τῷ τελευταίῳ καὶ ὀρεώδει αὐτὸν περιβλήματι ἐναργῶς διεφαίνετο. πρῶτον εὐαισθησία μὲν τις ὑπεραίρουσα, ἣν δὴ φρόνησιν σωματικὴν ἐπονομάζουσι, καὶ μάλιστα τῶν τιμιωτάτων αἰσθήσεων ὄψεως καὶ ἀκοῆς. αἳ δὴ καὶ πρὸς φιλοσοφίαν καὶ τὸ εὖ εἶναι παρὰ θεῶν τοῖς ἀνθρώποις δεδώρηνται· τέτῳ δὲ καὶ παρὰ πάντα τὸν βίον ἀσινεῖς αὗται διέμειναν· δευτέρα δὲ ἰσχὺς σωματικὴ, ἀπαθὴς μὲν ὑπὸ χειμώνων καὶ καμάτων· ἄτρωτος δὲ καὶ ὑπὸ τῆς μοχθηρᾶς καὶ ἠμελημένης διαίτης, καὶ πόνων ἐκείνων, οἷς νυκτός τε καὶ μεθ' ἡμέραν ἐξηντλεῖ, εὐχόμενος καὶ τὰ δόγματα ἀνελίττων καὶ συγγράφων· καὶ τοῖς ἑταίροις συγγενόμενος, καὶ ἕκαστον ὅτως ἐντόνως διαπρατόμενος, ὡς αὐτὸ ἐκεῖνο μόνον ἐπιτηδεύων. τὴν δὲ τοιαύτην δύναμιν εἰκότως ἄν τις ἀνδρείαν σωματικὴν προσαγορεύσειεν· τρίτη δὲ αὐτῷ ὑπῆρξεν ἀρετὴ σώματος, ἡ καλὰ τὴν σωφροσύνην τεταγμένη, ἣν δὴ περὶ τὸ κάλλος τὸ σωματικὸν θεωρεῖν ἀξιοῦσι· καὶ τοῦτο εὐλόγως· καθάπερ γὰρ ἐκείνη ἐν συμφωνίᾳ καὶ ὁμολογίᾳ θεωρεῖται τῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων, οὕτω καὶ τὸ ἐν σώματι κάλλος ἐν συμμετρίᾳ τινὶ ὁρᾶται τῶν ὀργανικῶν αὐτοῦ μορίων· ἰδεῖν δὲ ἦν σφόδρα ἐράσμιος· καὶ γὰρ οὐ μόνον αὐτῷ τὰ τῆς συμμετρίας εὖ εἶχεν, ἀλλὰ γὰρ καὶ τὸ ἀπὸ τῆς ψυχῆς ἐπανθοῦν τῷ σώματι οἷονεὶ φῶς ζωτικὸν, θαυμάσιον ὅσον ἀπέσιλβε· καὶ οὐ πάνυ φράσαι τῷ λόγῳ δυνατόν· ὅτῳ δὲ ἦν καλὸς ἰδεῖν, ὥστε μηδένα τῶν γραφῶν ἐφικέσθαι αὐτοῦ τῆς ὁμοιότητος· πάσας δὲ τὰς φερομένας αὐτοῦ εἰκόνας, καίπερ καὶ αὐτὰς παγκάλους

Heraldus ἡμέρας legit.

positis, à magis naturalibus initium faciemus. Eas igitur omnes quibuscum, si contingunt, nascimur, hic quē laudamus, vir beatus, ab ipsis natalibus habuit naturaliter insitas. quarum vestigia etiam in extremo, & instar ostrei sibi circundato amictu, evidenter apparebant. Primùm integritas sensuū singularis, quam prudentiā corporis nominant, sensusq; præcipuè digniores, visus, & auditus (qui quidem à Dijs ad philosophiam, & ad commodius vivendū hominibus dati sunt) huic per omnem vitam integri permanserunt. Secundò robur corporis, quod nullis frigoribus afficeretur, nec quicquā ex vitiosa, & neglecta ratione victus, atq; laborū convelli, aut commoveri posset, quos die noctuq; exhauriebat, dum precaretur, & libros evolveret, & ipsē conscriberet, & operam daret familiaribus, & hæc universa tam naviter faceret, ut singulis tantum studere videretur. ejusmodi verò facultatem, re ctè fortasse quis fortitudinem corporis appellaverit. Tertia fuit illi virtus corporis, pulchritudo, quam cum temperantia collatam, aliquam habere cùm ea affinitatem putant: & rectè. ut enim illam in quodam concentu & consensione consideramus animi facultatum: sic etiam hæc in corpore pulchritudo, ex quadā congruentia partium corporis, quibus agimus, intelligitur. Erat autē aspectu jucundissimus. quòd non tantùm esset hac egregia proportione præditus; sed hoc animi floridum de corpore instar vitalis lucis, mirū quantum resplenderet, ut nec oratione satis explicari possit. atque adeò quidem pulcher erat, ut neque pictorum quisquam illius assequi posset similitudinem, & omnes ejus imagines, quæ circumferebantur, quamvis essent pulcherrimæ, tamen

men plurimùm à rei veritate, quam imitarentur abessent. Quartam verò, scilicet sanitatem respondere volunt ei, quæ est in animo justitiæ, & esse justitiam quandam, & hanc in corpore, ut est illa in animo. Nihil est enim aliud Justitia, quam habitus quidam, partes animi continens in officio. ita quæ inter pugnantia corporũ elementa consensum, concordiamque conciliat, sanitas à medicis appellatur. quæ quidem huic ab incunabulis usque tam bene constituta fuit, ut ipse diceret, sibi ut esset æger corpore, bis tantũ aut ter, tam longa vita, annis videlicet totis septuaginta quinq; contigisse. quin & hoc satis argumento fuerit, cui ipse astiti, quòd cum postremo morbo detineretur, prorsus ignoraret, quænã essent illa ingruentia mala, quæ corpus invasissent, propter magnã illorũ insolẽtiam. Et quamvis hæc quidẽ sunt bona corporis, tamen vocaverit ea quispiã prænuncios & quasi comites illarũ, in quas perfectã diduximus virtutem, formarum. Jam verò primas dotes animæ, quæ à natura, sine præceptoris industria illi contigerunt, easque virtutis partes, miraretur quis, in eo quales quantæque fuerint, quas Plato naturæ philosophicæ vult esse elementa. Nam erat insigni memoria, & ingenio, & magnificentia præditus, comis, amicus, & quasi necessarius veritatis, justitiæ, fortitudinis, temperantiæ. nequaquã enim prudens mendaciũ admittebat, sed oderat vehementissimè, fugam verò mendacij, atque veritatem amabat. ac me hercle necesse est, qui tanto studio veritatem esset prosequuturus, ut eius statim à puero summè cupidus fuerit. Est enim veritas omnium bonorum principium, dijs & hominibus. Sed & corporis voluptates contem-

ὅσας, ὅμως ἔτι λείπεσθαι πολλῷ εἰς μίμησιν τῆς τοῦ εἴδους ἀληθείας· τελάρτην δὲ τὴν ὑγίειαν βούλονται μὲν ἀναλογεῖν τῇ ἐν ψυχῇ δικαιοσύνῃ· καὶ εἶναι δικαιοσύνην τινὰ καὶ ταύτην ἐν σώματι, ὡς ἐκείνην ἐν ψυχῇ· ἡ γὰρ ἀσασίασα τὰ μόρια τῆς ψυχῆς ἀπεργαζομένη οὐκ ἄλλη τίς ἐστιν ἕξις, ἢ δικαιοσύνη· καὶ ἡ ἐξ ἀτάκτων δὲ τῶν σωματικῶν στοιχείων τεταγμένα αὐτὰ καὶ προσήγορα ἀλλήλοις ἀποτελέσα, ὑγίεια κ, πρὸς τῶν ἀσκληπιαδῶν ἐπονομάζεται. καὶ αὐτὴ δὲ ὅτω καλῶς ἐκ σπαργάνων αὐτῷ δεδημιούργητο, ὥστε καὶ ἔχειν αὐτὸν εἰπεῖν, ὁσάκις εἰς νόσον ὑπαχθείη τὸ σῶμα, ὡς δὶς μόνον ἢ καὶ τρὶς ἐν μακρῷ βίῳ κ, ἔτεσιν ὅλοις πέντε καὶ ἑβδομήκοντα· τεκμήριον δὲ τούτου ἱκανὸν, ᾧ καὶ αὐτὸς ἐπέσησα ἐν τῇ τελευταίᾳ αὐτὸ νόσῳ, τὸ μηδὲ πάνυ αὐτὸν διαγινώσκειν, ὁποῖά ποτε ἦν τὸ προσπίπτοντα τῷ σώματι πάθη, διὰ τὴν πολλὴν αὐτῶν ἀπειρίαν. καὶ ταῦτα μὲν εἰ κ, σωματικά ἐστι τὰ πλεονεκτήματα, ἀλλὰ πρόσδρομα ἴσως ἄντις καλέσειεν τῶν τῆς τελείας ἀρετῆς διακεκριμένων εἰδῶν· Τὰ δέ γε περὶ τὴν ψυχὴν πρῶτα καὶ αὐτοφυῶς καὶ ἀδιδάκτως συμφυτα αὐτῷ καὶ ταῦτα μέρη τῆς ἀρετῆς θαυμάσειεν ἄνθις, ὡς ταῦτα ἐκεῖνα ἐτύγχανεν ὄντα, ὅσα Πλάτων στοιχεῖα εἶναι βούλεται τῆς Φιλοσόφου Φύσεως· καὶ γὰρ μνήμων ἦν καὶ εὐμαθὴς καὶ μεγαλοπρεπὴς, καὶ εὔχαρις, φίλος τε καὶ συγγενὴς ἀληθείας, δικαιοσύνης, ἀνδρείας, σωφροσύνης. οὐδαμοῦ γὰρ ἑκὼν εἶναι ψεύστης προσήκατο. ἀλλὰ πάνυ μὲν ἐμίσει. τὴν δὲ ἀψευδείαν κ, ἀλήθειαν ἔσεργεν. ἔδει δὲ ἄρα τὸν μέλλοντα τῆς τοῦ ὄντος ἀληθείας ἐφάπτεσθαι, εὐθὺς ἐκ νέου ὅτι μάλιστα ταύτης ὀρέγεσθαι· ἀλήθεια γὰρ πάντων μὲν ἀγαθῶν θεοῖς ἡγεῖται, πάντων δὲ ἀνθρώποις· ὅτι δὲ καὶ πρὸς τὰς μὲν σωματικὰς ἡδονὰς ὑπερ-

ρηΦάνως εἶχε, σωΦροσυνὴς δὲ ἦν Φίλ-
ῳ ὅτι μάλιςα, ἱκανὴ οἶμαι καὶ μόνη
παρασῆσαι, ἡ πρὸς τὰ μαθήματα αὐ-
τῷ, καὶ πᾶν τὸ τοιοῦτον εἶδ-ος σΦοδρο-
τέρα ἔΦεσίς τε καὶ ῥοπὴ αἳ δὴ τὴν μὲν
ζωώδη κ᾽ Φορτικὴν ἡδὲ εγγενέσθαι τὴν
ἀρχὴν συγχωροῦσι. τὴν δὲ τῆς ψυχῆς
αὐτὴν καθ᾽ αὑτὴν εὐΦροσυνὴν ἐμποιεῖν
δυνάνται. Φιλοχρηματίας δὲ ἡδέ ἐςιν
εἰπεῖν ὅσον ἀΦεςήκει, ὡς γε καὶ τῶν
παιδικῶν, καὶ τοι πλείςῳ διαΦερόντων
τῆς ἀσίας ἐκ παίδων ὀλιγώρει, διὰ τὸν
περὶ ΦιλοσοΦίαν πολυν ἔρωτα. ἐν-
τεῦθεν δὲ καὶ πρὸς ἀνελευθερίαν, καὶ
τὴν λεγομένην μικρολογίαν ἀλλοτριώ-
τατα διέκειτο, ἅτε τὸ ὅλον καὶ παντὸς
ὀρεγόμενος θείου τε καὶ ἀνθρωπίνου. ἐκ
δὲ τῆς τοιαύτης διανοίας μεγαλοπρε-
πὴς γενόμενος ἡδὲν ὤετο εἶναι τὸν ἀνθρώ
πινον βίον, ἡδὲ τὸν θάνατον, ὥσπερ ἕτε-
ροι, δεινόν τι εἶναι ὑπελάμβανε. πρὸς ἅ-
παντα δὲ τὰ δοκοῦντα τοῖς ἄλλοις εἶναι
Φοβερὰ, ἀδεῶς εἶχεν, ἐκ μόνης τῆς Φυ-
σικῆς ταύτης ἐπιτηδειότητος, ἣν ἐκ ἄλ-
λην τινὰ ἀρετὴν, ἀνδρείαν δὲ μόνην προσ-
ήκει καλεῖν. ἐκ δὲ τούτων αὐτῶν δῆλον
ἤδη πως καὶ παντὶ, καὶ τῷ μὴ πειρασθέντι
τῆς ἐκείνου εὐΦυΐας, ὡς εὐθὺς ἐκ νέου
δικαιοσύνην τε ἠγάπα, καὶ δίκαιος ἦν καὶ
ἥμερος, καὶ ἡδαμῶς δυσκοινώνητος, ἢ δυσ
ξύμβολος, ἢ ὅλως ἄδικος· ἐπεὶ περ κόσ-
μιος καὶ ἡ Φιλοχρήματος, ἡδὲ ἀνελεύ-
θερος, ἡδὲ ἀλαζὼν, ἢ δειλὸς ἡμῖν ἐΦά-
νη τὴν Φύσιν· τὸ δὲ δὴ εὐμαθὲς αὐτοῦ καὶ
γόνιμον τῆς ψυχῆς, μὴ καὶ περιττὸν ἢ ἐγ-
καλαλέγειν, καὶ μάλιςα πρὸς τοὺς ἰδόν-
τας, ἢ καὶ ἀκούσαντας, ὅσων μὲν ἐγκύ-
μων ἐγένετο παγκάλων μαθημάτων.
ὅσα δὲ αὐτὸς ἀπέτεκε, καὶ εἰς Φῶς
τοῖς ἀνθρώποις ἐξέδωκε, καὶ ὅτι μό-
νος οὕτως οὐδὲν τοῦ πόματος τῆς
λήθης ἐδόκει πεπωκέναι, μνημονι-
κὴν δὲ ἔχων δύναμιν οὐδαμῆ ἐδυσ-
χέραινεν, οὐδὲ τὸ τῶν ἐπιλανθα-
νομένων πάθος ὑπέμενεν· ἑαυτὸν

pfisse, ac temperantiæ fuisse quàm a-
mantissimum, convincet vel solum ad
perdiscendas disciplinas, ac studiorum
omne genus desiderium, summaque
propensio. quæ sane beluinam, atque
illiberalem voluptatem nunquam in-
generari sinunt, anima quidem ipsius
ex seipsa sinceram delectationem pos-
sunt excitare. Ab avaritia verò, dici
non potest quàm fuerit alienus, ut et-
iam parentum, quamvis ditissimorũ
divitias puer cõtempserit, propter in-
credibile studiũ philosophiæ. Quam-
obrem & ab illiberalitate procul abe-
rat, & à rerum cura minorum: cùm es-
set universi & rerum divinarum, atque
humanarum studiosissimus. Ex tali
mente nactus animi magnitudinem,
nihili faciebat humanam vitam, nec,
ut alij, mortem quicquam esse grave
putabat. Omnia verò, quæ cæteris for-
midanda videbantur, nequaquã per-
timescebat, hac affectione sola natura-
li, quã non alio virtutis nomine, quàm
fortitudinis appellari convenit. Ex his
autem jam omnibus, etiam ijs, qui pe-
riculum illius optimæ indolis non fe-
cerunt, constare arbitror, quod statim
à puero justitiam amaverit, justus faci-
lisque fuerit, nequaquam in convictu
vel in contractibus difficilis aut deni-
q; injustus: nobis certè quidem vitus est
modestus, & elegans, non avarus, non
illiberalis, non arrogans, aut timidus
esse naturá. Bonitatem verò ingenij,
atque ubertatem, nónne supervacuũ
fuerit commemorare? apud eos præ-
sertim, qui sciũt, quiq; audierũt, quot
pulcherrimarũ disciplinarũ plenus fu-
erit, quàm multa ipse pepererit, & in
lucẽ hominib. ediderit, ita ut solus ex
oblivionis poculo nihil bibisse videa-
tur. Ea facultate memoriæ præditus,
nusquã conturbabatur, neq; quod ac-
cidit obliviscentibus, illi contingebat,

nun-

nunquam excidebat ipſe ſibi, ut retinendis diſciplinis ſufficiens,& qui tantum illarum ſtudio delectaretur. Erat autem ab agreſti, & à Muſis averſa, atque horrida natura remotiſsimus, ad cultiora verò maximè propenſus. Etenim propter ſingularem in communibus congreſsibus, ac ſacris ſuis epulis, alijſque actionibus urbanitatem, ac feſtivitatem,ſervata tamen honeſtate, ſuos familiares alliciebat, alacrioreſq; ſemper dimittebat. His itaque omnibus, & alijs naturæ dotibus inde ab initio præditũ, parit Marcella mater Patricio legitimè juncta. ambo Lycij,genere & virtute excellentes.Naſcentem excipit, ac tanquã obſtetrix curat Dea tutelaris Byzantij, quæ tum quidẽ illi ut eſſet, cauſa fuit, naſcenti ſcilicet in ipſius civitate: poſtea verò etiã ut benè eſſet, providebat, cùm jam inter pueros & adoleſcentes annumeraretur.Nam ipſa per quietem illi viſa hortabatur ad philoſophiæ ſtudium.unde videlicet extitit illi tam propenſus erga Deam animus,ut illius potiſsimum ſacra perageret, majoreque, ut ita dicam, cum furore coleret inſtituta. Parentes deniq; natum deducunt in ſuã patriã Apollini conſecratã Xanthum, quæ ipſa quoq; patria illi quadã divina providẽtia cõtingit. credo quod eum, qui omniũ ſcientiarũ princeps futurus erat,ſub Muſarũ duce Deo educari,atque erudiri oportebat.Ibi tum elegantiſsimis morib. inſtitutus morales virtutes aſſequebatur, aſſueſcens amare, quæ facere conveniret; fugereq; contraria. Tum verò Deorum amor, qui illũ à natalib. ſummus comitabatur, manifeſtè apparebat. Nam cùm quodam tempore, corporis aliquo morbo detineretur, & graviter quidem, ac vix jam ut videretur ſanari poſſe, aſtitit ad lectum procerior adoleſcens,

δὲ ἀπεδέχετο, ὡς καθεκτικῶς ἔχοντα τῶν μαθημάτων, καὶ τὴν περὶ ταῦτα πρᾶξιν μόνην ἠσπάζετο. πόρρω δὲ ἦν καὶ τῆς ἀμούσου καὶ τραχυτέρας φύσεως· συγγενῶς δὲ εἶχε πρὸς τὰ ἀμείνω. καὶ γὰρ διὰ τὸ ἐν ταῖς κοιναῖς συνουσίαις καὶ ταῖς ἱεραῖς αὐτοῦ ἑστιάσεσι, καὶ ταῖς ἄλλαις δὲ πράξεσιν ἀστεῖόν τε καὶ εὔχαρι, καὶ ταῦτα δὲ οὐκ ἔξω τοῦ σεμνοῦ, τοὺς συνόντας ἀεὶ ἐπήγετο, καὶ εὐθυμοτέρους ἀπέπεμπε. τούτοις δὴ ἅπασι, καὶ τοῖς ἄλλοις φυσικοῖς ἀγαθοῖς ἐξ ἀρχῆς αὐτὸν συμπεφυκότα τίκτει μὲν Μάρκελλα μήτηρ Πατρικίῳ καλὰ νόμον συναρμοσθεῖσα. Λύκιοι δὲ ὅτοι ἀμφω γένει τε καὶ ἀρετῇ ὑπερφέροντες· ὑποδέχεται δὲ αὐτὸν, καὶ οἱονεὶ μαιεύεται ὁ τοῦ Βυζαντίων πολιοῦχος· ἥτις τότε μὲν αὐτῷ τοῦ εἶναι γέγονεν αἰτία, τεθέντι καλὰ τὴν αὐτὴν πόλιν· χρόνῳ δὲ ὕστερον καὶ τοῦ καλῶς εἶναι προύνοήσατο, ἡνίκα εἰς παῖδας ἤδη καὶ μειρακίσκους ἐτέλει. ἄυπνα γὰρ αὐτῷ ὄναρ φαινομένη, ἐπὶ φιλοσοφίαν παρεκάλει· ὅθεν οἶμαι αὐτῷ συνέβη καὶ πολλὴ οἰκειότης περὶ τὴν θεὸν, ὥστε καὶ ἐξαιρέτως τὰ ταύτης ὀργιάζειν, καὶ ἐνθουσιαστικώτερον αὐτὴν τοῦ θεσμοῦ μελιέναι. ἄγουσι δὲ αὐτὸν τέως οἱ πατέρες τεχθέντα εἰς τὴν ἑαυτῶν πατρίδα, τὴν ἱερὰν τοῦ Ἀπόλλωνος Ξάνθον· καὶ ταύτην καλὰ θεῖόν τινα κλῆρον πατρίδα αὐτοῦ γενομένην. ἔδει γὰρ οἶμαι τὸν μέλλοντα πασῶν ἐπιστημῶν ἡγεῖσθαι ὑπὸ τῷ μουσηγέτῃ θεῷ, τροφῆς τε καὶ παιδείας μεταλαγχάνειν. ἔνθα δὴ τοῖς καλλίστοις ἤθεσι παιδαγωγούμενος τὰς ἠθικὰς ἀρετὰς ἐπεκτήσατο, προσεθιζόμενος φιλεῖν τε ἃ ἔδει πράττειν, καὶ ἀποστρέφεσθαι, τὰ μὴ τοιαῦτα· τηνικαῦτα δὲ σαφῶς καὶ τὸ θεοφιλὲς συγγενὲς πολὺ ἔχων ἐδείκνυτο. κάμνοντι γὰρ αὐτῷ τὸ σῶμα ὑπὸ νόσου, καὶ χαλεπῶς ἤδη καὶ ἀνιάτως διακειμένου, παρέσῃ τῇ κλίνῃ ὑπερφαινόμενος παῖς,

ὃς

ὃς ἐδόκει νέ@ κομιδῇ, καὶ ὡραί@ ἰδεῖν εἰκάσαι δ' ἦν αὐτὸν εἶναι τὸν Τελεσφόρον, καὶ πρὶν τὸ ὄνομα εἰπεῖν· εἰπὼν δὲ ὅμως ὅστις εἴη, καὶ τὸ ὄνομα ἐπιφθεγξάμενος, καὶ τῆς κεφαλῆς ἁψάμενος· αὐτῷ γάρ πω καὶ εἰσήκειτο προσκεφαλαίῳ ἐπαναπαυόμενος· ὑγιῆ ἐξαίφνης ἐκ νόμου νῦ@ ἀπέλεσε· καὶ ὅτως ἀφανὴς αὐτῷ ἐγένετο. τοῦτο μὲν οὕτω θεῖον τότε καὶ θεοφιλὲς τῷ μειρακίῳ ὑπῆρχθη. ἐπ' ὀλίγον δὲ ἐν Λυκίᾳ φοιτήσας γραμματικῷ, ἀπῆρεν εἰς τὴν πρὸς Αἰγύπτῳ Ἀλεξάνδρειαν, ἐπαγόμενος ἤδη καὶ αὐτῆς περὶ τὸ ἦθος ἀρετῆς ἰδιώματα, οἷς δὴ καὶ τὰς ἐκεῖσε διδασκάλους εἵλε. Λεωνᾶς γοῦν ὁ σοφιστὴς, Ἴσαυρ@ οἶμαι τὸ γέν@, καὶ εὐδοκιμῶν ἐν τῷ πλήθει τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ὁμοτέχνων, οὐ μόνον αὐτῷ λόγον τῶν ἑαυτοῦ ἐκοινώνησεν, ἀλλὰ καὶ σωίοικον ἔχειν ἠξίωσε, καὶ σιωδιαιτᾶσθαι γυναικὶ καὶ τέκνοις παρεσκεύασεν, οἷα παῖδα αὐτῷ γνήσιον καὶ τοῦτον γενόμενον. γνώριμον δὲ αὐτὸν ἐποίει καὶ τοῖς τὰς ἡνίκας ἔχουσι τῆς Αἰγύπτου· οἱ δὴ καὶ αὐτοὶ ἀγασθέντες τοῦ νέου τὴν φυσικὴν ὀξύτητα, καὶ τὴν τοῦ ἤθους καλοκαγαθίαν ἐν τοῖς φιλτάτοις ἔτατον. ἐφοίτησε δὲ καὶ εἰς γραμματικοῦ Ὡρίων@· ὃς ἦν ἐκ τοῦ παρ' Αἰγυπτίοις ἱερατικοῦ γένους καταγόμενος, καὶ μέτριος τὰ τῆς τέχνης ἐπεσκεμμένος ἄτως, ὥστε καὶ συγγράμματα ἑαυτοῦ ἴδια ἐκπονῆσαι, καὶ τοῖς μεθ' ἑαυτὸν χρήσιμα καταλιπεῖν. ἐπλησίασε δὲ καὶ ῥωμαϊκῶν διδασκαλείων διατριβαῖς, καὶ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πολλὴν ἐπίδοσιν καὶ περὶ τοὺς τοιούτους ἔσχε λόγους. καὶ γὰρ ἤγετο τὴν ἀρχὴν ἐπὶ τοῦ παιδὸς ἐπίτηδευμα, ἐφ' ᾧ δὴ ἐκεῖνος σφόδρα ὀνομαστὸς ἐγεγόνει, τὴν δικανικὴν ἐν τῇ βασιλίδι πόλει δεόντως μετακειρισάμενος. μάλιστα δὲ ἐδόκει νέος ὢν χαίρειν τότε ῥητορικῇ, ἄγευς@ ἔτι ὢν λόγων φιλοσόφων· καὶ πάνυ ἠδοκίμει ἐπ' αὐτῇ· καὶ θαῦμα ἑαυτοῦ πολὺ παρεῖχε, τοῖς

ΑΠασαν μὲν τὴν Πλάτωνος φιλοσοφίαν (ὦ φίλων ἐμοὶ φίλτατε Περίκλης) καὶ τὴν ἀρχὴν αὐτῆς ἐκλάμψαι νομίζω καὶ τὴν τῶν κρειττόνων ἀγαθοειδῆ βούλησιν, τὴν ἐν αὐτοῖς κεκρυμμένην τε καὶ τὴν ἀλήθειαν τὴν ἅμα τοῖς οὖσι συνυφισταμένην τοῖς περὶ ἡμᾶς ἐριφυομένας ψυχὰς (καθ' ὅσον αὐτοῖς ἐνδέχεται τῶν οὕτως ὑπερφυῶν, καὶ μεγάλων ἀγαθῶν μετέχειν) ἐκφῆναι, καὶ πάλιν ὕστερον πλανωμένην. καὶ ὥσπερ ἐς ἑαυτὴν ἀναχωρήσασαν, καὶ τοῖς πολλοῖς τῶν φιλοσοφεῖν ἐπαγγελλομένων, καὶ τῆς περὶ ὄντος θήρας ἀντιλαμβάνεσθαι σπουδαζόντων ἀφανῆ καταστᾶσαν, αὖθις εἰς φῶς προελθεῖν. Διαφερόντως δὲ οἶμαι τὴν περὶ αὐτὴν τῶν θείων μυσταγωγίαν ἐν ἀγνῷ βάθρῳ καθαρῶς ἱδρυμένην, καὶ παρ' αὐτοῖς τοῖς θεοῖς διαμονίως ὑφεστηκέναι, ἐκεῖθεν τοῖς κατὰ χρόνον αὐτῆς δυναμένοις ἐπιλαῦσαι δυναμένοις ἐκφανῆναι δι' ἑνὸς ἀνδρός, ὃν οὐκ ἂν ἁμάρτοιμι τῶν ἀληθινῶν τελετῶν, ἃς τελοῦνται χωρισθεῖσαι, τῶν περὶ γῆν τόπων αἱ ψυχαὶ, καὶ τῶν ὁλοκλήρων, καὶ ἀτρεμῶν φαντασμάτων, ὧν μεταλαμβάνουσιν αἱ τῆς εὐδαίμονος, καὶ μακαρίας ζωῆς γνήσιοι ὀπαδοί, * προηγεμόνα, καὶ ἱεροφαντῶν ἐπικαλῶν. ὅτῳ δὴ σπουδῆς, καὶ ἀτρέπτως ἐπ' αὐτὸ τὸ πρῶτον ἐκλάμψαντος οἷον ἀγίοις ἱερεῖς, καὶ τῶν ἀδύτων ἐντὸς ἱδρυθεῖσιν ἀσφαλῶς, καὶ τῆς πλοῖς τῶν ἀπορρήτων ἀγνισθεῖσιν, ἀσφαλῶς εὐταξίας χρόνων περιόδοις ὑπὸ δή τινων ἱερέων ἀληθινῶν, καὶ τὸν προηγεμονικὸν τῆς μυσταγωγίας βίον ἑλομένων, προελθεῖν μὲν, ἐφ' ὅσον ἦν αὐτῇ δυνατόν. ἅπαντα δὲ καταλάμψαι τὸν τόπον, καὶ πανταχοῦ τῶν θείων φασμάτων ἐλλάμψεις καταστῆσαι. Τούτους δὴ οὖν τῆς Πλατωνικῆς ἐποπτείας ἐξηγητὰς, καὶ τοὺς παναληθεστάτους ἡμῖν περὶ τῶν θείων ὑφηγητὰς ἀναπλώσασθαι, καὶ τῷ σφετέρῳ καθηγεμόνι παρεπλησίαν τὴν φύσιν λαχόντας ὅσιον θείλαι ἂν ἔγωγε, Πλωτῖνόν τε τὸν Αἰγύπτιον, καὶ οὓς ἀπὸ τούτου παραδεξαμένους τὴν θεωρίαν. Ἀμέλιόν τε, καὶ Πορφύριον, καὶ τρίτους οἶμαι τοὺς ἀπὸ τούτων, ὥσπερ ἀν-

δριώτας ἡμῖν ἀποπεχθέντας. Ἰάμβλιχόν τε, καὶ Θεόδωρον, καὶ εἴ δή τινες ἄλλοι μετὰ τούτους ἐπῆλθον τῷ θείῳ τούτῳ χορῷ, περὶ τῶν τοῦ Πλάτωνος τὴν ἱερωτάτην ἀφήνειαν ἀνεβάκχευσαν, παρ' ὧν τὸ γενναιότατον, καὶ καθαρώτατον τῆς ἀληθείας φῶς τῆς ψυχῆς κάλπις ἀχράντως ὑποδεξαμένη, ὁ μετὰ θεοὺς ἡμῖν τῶν καλῶν πάντων, καὶ ἀγαθῶν ἡγεμὼν, τῆς πάλαι ἀπίστου ἡμᾶς μετέχους κατέστησε τοῦ Πλάτωνος φιλοσοφίας, καὶ κοινωνοὺς τῶν ἐν ἀποῤῥήτοις παρὰ τῶν αὐτοῦ πρεσβυτέρων μεμίληφε, καὶ δὴ καὶ τῆς περὶ τῶν θείων μυστικῆς ἀληθείας συγχορευτὰς ἀπέφηνε.

Τούτῳ μὲν οὖν οἱ μέλλοντες τῷ προσήκουσαν χάριν ἀποδώσειν τῶν εἰς ἡμᾶς εὐεργεσιῶν, οὐδ' ἂν ὁ σύμπας ἐξαρκέσῃ χρόνος. Εἰ γὰρ δεῖ μὴ αὐτοὺς μόνους παρ' ἄλλων τὸ τῆς παλαιωνικῆς φιλοσοφίας ἐξαίρετον ἀγαθὸν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὕστερον ἐσομένοις ὑπομνήματα καταλείπειν τῶν μακαρίων θεαμάτων, ὧν αὐτοί καὶ θεατὰς ἡμέτερον φαμὲν, καὶ ζηλωτὰς κατὰ δύναμιν ὑφ' ἡγεμόνι τῷ τὰ καθ' ἡμᾶς πλεῖστα, καὶ εἰς ἄκρον ἥκοντι φιλοσοφίας, τάχ' ἂν εἰκότως αὐτοὺς οὗτος θεοὺς παρακαλοῖμεν, τὸ τῆς ἀληθείας φῶς ἀνάπτειν ἡμῶν ταῖς ψυχαῖς, καὶ οὗτος τῶν χρεττόνων ὑποδοὺς, καὶ θεραπεύοντας καλῶς τὸν ἡμέτερον νοῦν, καὶ πορεύειν εἰς τὸ πανάριστον, καὶ θεῖον, καὶ ὑψηλὸν πάντως τῆς παλαιωνικῆς θεωρίας.

Παντάχοθεν μὲν χαρεῖμεν ἂν καὶ τῇ βραχυτάτῃ μετέχοντα ζωφροσύνης, ἀπὸ θεῶν πιστεύσαντες τὰς ἀρχὰς, οὐκ ἤκιστα ἡ ἐν ταῖς περὶ τῶν θεῶν ἐξηγήσεσιν. Οὔτε γὰρ νοῆσαι τὸ θεῖον ἄλλως δυνατὸν, ἢ τῷ παρ' αὐτῶν φωτὶ πληρωθέντας, οὔτε εἰς ἄλλους ἐξενεγκεῖν, ἢ παρ' αὐτῶν κυβερνωμένους, καὶ τῶν πολυειδῶν διαφορῶν, καὶ τῆς ἐν λόγοις φερομένης ποικιλίας ἐξηρημένους, φυλάττοντας τὰ τῶν θείων ὀνομάτων ἀνέλιξιν. Ταῦτ' οὖν καὶ ἡμεῖς εἰδότες, καὶ τῷ πλατωνικῷ τιμῶντι παραπλησίως πεθόμενοι, προσησόμεθα οὗτοι θεοὺς ἡγεμόνας τῆς περὶ αὐτῶν διδασκαλίας. Οἱ γὰρ ἀκούσαντες, ἴλεώ τε, καὶ εὐμενεῖς ἐλθόντες, ἄγοιεν τὸν τῆς ψυχῆς ἡμῶν νοῦν, καὶ προάγοιεν τῷ τοῦ Πλάτωνος ἑσπέρᾳ, καὶ τὸ ἄναπτες τῆς θεωρίας πάντης.

Οὗ δὴ γλιόμενοι, σύμπαντα τῷ περὶ αὐτῶν ἀληθῆ ὑποδεχόμεθα, καὶ πλοῦτον τὸ ἄφθονον ἔχομεν τῆς ἐν ἡμῖν ὠδῖνος, ἵνα ἔχομεν περὶ τὰ θεῖα, γνωναί τε περὶ πάντων πεπρωμένοι, καὶ παρ' ἄλλων πυθανόμενοι, καὶ ἑαυτοὺς εἰς δύναμιν βασανίζοντες.

[* περὶ Πλάτωνος (ὁ Πρόκλος) ταῦτα φησί.]

& si qui alii, post hos divinum istum chorum sequentes, suam de Platonis *scriptis* mentem, *& sententiam* quasi-quodam-furore-divino-correpti-pronunciarunt, *& evulgarunt*: à quibus sincerissimum, & purissimum veritatis lumen animæ sinu impollutè susci piens, ille post Deos nobis præclararum omnium & bonarum *rerum* Dux, cùm alius universæ Platonicæ Philosophiæ participes nos fecit, & socios assumpsit *rerum arcanarum*, in arcanis *locis traduarum* ab illis, qui eo antiquiores erant, tum etiam *rerum* divinarum arcanæ veritatis concelebratores demonstravit, *id est, ad rerum divinarum, & arcanarum veritatem concelebrandam, quasi eiusdem chori socios à se assumptos nos apertè designavit.*

Huic igitur *viro*, si pro beneficiis in nos collatis *debitam* & convenientem gratiam persolvere vellemus, ne totum quidem tempus *ad hoc præstandum* sufficeret. Si verò oportet non solùm nos accepisse ab aliis illud Platonicæ Philosophiæ eximium bonum: sed etiã posteris monumenta relinquere illorum beatorum spectaculorum, quorum nos & spectatores, & æmulos, *ac imitatores* pro viribus fuisse dicimus, sub Duce *omnium* eorum, qui nostro seculo vivunt, perfectissimo, & ad summum Philosophiæ *fastigium* progresso, fortasse meritò Deos ipsos invocaremus, ut veritatis lumen *in* nostris animis accendant, & præstantiorum *Deorum scilicet* assectatores & ministri, nostram mentem dirigant, & ad illum perfectum, & divinum, & excelsum contemplationis Platonicæ finem deducant.

Nam ubique quidem, *& omnibus in rebus*, existimo illum, qui vel minimam sanæ-mentis particulam habet, *rerum sanarum* initium à Diis facere, præcipuè verò in enarrationibus de Diis. Nec enim aliter divinum *numen* mente percipere, *resque divinas cognoscere* possumus, quam lumine ab ipsis *Diis in animos nostros immisso* initiati, nec ad alios *quidquam de rebus divinis* efferre, *& evulgare*, nisi ab ipsis gubernemur, & ex multiformibus, *& multiplicibus* opinionibus, & ex illa varietate, quæ in verbis *versatur*, *& passim* fertur, eripiamur, servantes divinorum nominum explicationem. Hæc igitur nos quoque scientes, & Platonico Timæo suadenti, *nosq; monenti*, parentes, primùm-statuamus ipsos Deos Duces doctrinæ de ipsis *tradendæ*. Ipsi verò, postquàm *nostras preces* audierint, propitii & benigni veniant *ad nos*, & animæ nostræ mentem regãt, & circum Platonis Vestam ducant, & istius contemplationis arduum *iter nobis facile reddant.*

Quo iam profecti, universam de ipsis veritatem suscipiemus, & finem præstantissimum habebimus illius nostri vehementis desiderii rerum divinarum, quo flagramus, harum aliquam noticiam assequi cupientes, & ab aliis *eam* scisciantes, & nos ipsos pro viribus, *harum cognoscendarum causâ*, diligenter examinantes, *& quodammodo torquentes.*

[* *De Platone (Proclus) hoc dicit.*]

Κεφάλαιον β'.

ΑΛΛΑ τῶν μὲν προοιμίων, ἅλις. ἀναγκαῖον δὲ ἐστί μοι καὶ τὸν τρόπον ἐκθέσθαι τῆς προκειμένης διδασκαλίας, οἷόν

CAPVT II.

SED proœmiorum quidem satis *est*: necesse verò est mihi, ipsum quoque propositæ doctrinæ modum exponere, *ut Lectores sciant*, quisnam sit expectandus, *& qualis ille sit futurus.* Et hoc audito

audito, *Lectorum* præparationem definire, ſecundùm quam non ad noſtra verba: ſed ad illam excelſa-mente-prædítam,& divinam Platonis Philoſophiam, convenienter affecti, *recteq́, preparati, Lectores* accedant. Convenit enim profectò ſecundùm ipſa verborum genera, ipſas quoque proprietates auditorum commodas proponi, *i. e. perſonas auditorum eſſe commodas, & aptas ad audiendum ea, quæ à Philoſophis proponuntur*, quèadmodũ in Initiis aptas ſuſceptiones, *i. e. perſonas aptas ad ſuſcipiendum arcana ſacra*, Diis præparant illi, qui *ſacrorum* illorum ſunt periti. Neque inanimis ſemper iiſdem omnibus, neque aliis animalibus, neque hominibus utuntur ad Deorum præſentiam *ſpectandam*: ſed ex ſingulis id, quod per-naturæ-cognationem, *ſacrorum* particeps-eſſe poteſt, ad propoſita Initia, *ſacráque* deducunt.

Hæc igitur tractatio in tres partes primùm à me dividetur: In principio quidem omnes communes de Diis ſententias, quas Plato tradit, in-ſummam-colligens, & ubiq; facultates, & dignitates axiomatum ſpectans: In medio verò, omnes Deorum ordines: enumerans vero & ipſas proprietates ipſorum, & progreſſus ſecundùm Platonis modum definiens, & omnia ad Theologorum hypotheſes reducens: In ipſo verò fine, de Diis, qui in Platonicis ſcriptis paſſim celebrantur, ſive illi ſunt ſupramundani, ſive mundani, *pro, ſive ſint cæleſtes, & ſupra mundum hunc inferiorem degant. ſive in hoc mundo verſentur*, diſſerens, & referens ad univerſa genera divinorum ordinum, ipſam ipſorum contemplationem.

In omnibus verò *rebus, de quibus dicemus*, id, quod perſpicuum, & diſtinctum, & ſimplex *eſt, eorum* contrariis anteponemus. Illa quidem, quæ tradita ſunt per ſymbola, *& obſcura ſigna*, traducentes ad perſpicuam de ipſis doctrinam. Quæ verò per ſimilitudines *traduntur*, amandantes ad ſua exempla. Et illa quidem, quæ aſſeverantiùs ſunt ſcripta, ipſis cauſæ rationibus examinantes. Quæ verò per demonſtrationes ſunt compoſita, perſcrutantes, & veritatis in iis *comprehenſæ* modum inſuper-explicantes, & auditoribus notum facientes. & illorum quidem, quæ ænigmaticè proponuntur, *& obſcurè dicuntur*, aliunde perſpicuitatem *exquirentes, ac* invenientes non ex alienis hypotheſibus, *& argumentis*: ſed ex maximè-germanis, *veriſſimisq́*, Platonis ſcriptis. Illorum verò, quæ auditoribus ex-tempore occurrunt, cum ipſis rebus conſenſionem contemplantes, *& concentum attentè conſiderantes*. Ex quibus omnibus profectò nobis unum, & perfectum Platonicæ Theologiæ genus *conflatum* apparebit.

Et ipſius veritas per omnes divinas intelligentias *penetrans* & pervadens, & una mens, quæ univerſam huius pulchritudinem progenuit, & myſticam huius contemplationis explicationem, *ita nobis eluceſcet*. Hæc igitur mea tractatio talis erit, quemadmodum dixi. Propoſitorum verò dogmatum, *i. e. philoſophicorum decretorum* auditor, moralibus virtutibus, ornatus pro fundamento ponatur, *& talis ab initio conſtituatur, qui vulgò ſupponi, & præſupponi dicitur*, & qui omnes illiberales, & inconcinnos animi motus ipſa virtutis ratione colligarit, *atque conſtrinxerit*, & ad unum prudentiæ genus accommodarit. Non puro enim

λινα αὐτὴν ἕστιαν προσδοκᾶν χρή. καὶ πύπυ ἀκροασάμενον, τῷ παρασκευῷ ἀφερέσθαι, καθ' ἓν οὐ πρὸς σὸν ἡμέτερους λόγους, ἀλλὰ πρὸς τὴν ὑψηλότητα, καὶ ἔνθεον τοῦ Πλάτωνος φιλοσοφίαν, ὁπηδίως ἔχοντας ἀπαντήσονται· προσηκὲ γὰρ δήπου καὶ τὰ εἴδη τῶν λόγων, καὶ τὰς ὁπηδεότητας τῶν ἀκροατῶν προφέρειν ὑποκείσθαι, καθάπερ ἐν ταῖς πλατείαις εἰκόσιν αἱ ὑποδοχαὶ πρὸς τοῖς θείοις προσαρτίζουσιν οἱ τεχνῖται δηπού. καὶ εὔπι ἀψύχοις ἀεὶ πρὸς αὐτοῖς ἅπασιν, εὔπι πρὸς ἄλλοις ζώοις, εὔπι ἀνθρώποις χρῶνται πρὸς τὴν παρουσίαν τῶν θεῶν, ἀλλ' ἐφ' ἑκάστων τὸ μετέχον συμφυῶς δεχόμενον, εἰς τὴν προκειμένην ἄγουσι πλοτύ.

Ὁ μὲν οὖν ὁ λόγος ἔστω μοι τριχῆ τὴν πρώτην διηρημένος. ἐν ἀρχῇ μὲν, τὰ κοινὰ πάντα νοήματα περὶ θεῶν, ὅσα παραδίδωσιν ὁ Πλάτων συγκεφαλαιούμενος, καὶ πρὸς τὰ δυνάμεις ἀναλαμβάνων, καὶ πρὸς ἀξίας τῶν ἀξιωμάτων σκοπῶν. ἐν δὲ μέσοις, πρὸς ὅλας τάξεις τῶν θεῶν. διαριθμούμενος δὲ καὶ πρὸς ἰδιότητας αὐτῶν, καὶ πρὸς πρόοδους καὶ τὸν Πλάτωνος τρόπον ἀφορίζόμενος, καὶ πάντα ἐπαπάγων εἰς τὰς τῶν θεολόγων ὑποθέσεις. ἐν δὲ τῇ πλευρᾷ, περὶ τῶν προφάσεων ἃ πρὸς πλατωνικοῖς συγγράμμασιν ὑμνημένων θεῶν, ἅπι ὑπερκοσμίων, ἅπι ἐγκοσμίων, διαλεγόμενος, καὶ ἀναφέρων εἰς τὰ ὅλα γένη, τῶν θείων διακόσμων, τὴν περὶ αὐτῶν θεωρίαν.

Ἐν ἅπασι δὲ τὸ ζαφὲς, καὶ διηρθρωμένον, καὶ ἁπλοῦν προθησόμεθα τῶν ἐναντίων. Τὰ μὲν διὰ συμβόλων παραδεδεγμένα, μεταβιβάζοντες εἰς τὴν ἐναργῆ περὶ αὐτῶν διδασκαλίαν. τὰ δὲ δι' εἰκόνων, ἀναπέμποντες ἐπὶ τὸ σφέτερον παράδειγμα. καὶ τὰ μὲν ἀποφαντικώτερον ἀναγεγραμμένα, τοῖς τῆς αἰτίας βασανίζοντες λογισμοῖς. τὰ δὲ δι' ἀποδείξεων συνῳδίνα, διερευνώμενοι, καὶ τὸν τρόπον τῆς ἐν αὐτοῖς ἀληθείας ἐπακολουθοῦμενοι. καὶ γνώριμον τοῖς ἀκούουσι ποιοῦντες. καὶ τῶν μὲν [ἐν] αἰνίγμασι κειμένων, ἀλλαχόθεν τὴν ζαφήνειαν ἐξανέλκοντες, οὐκ ἐξ ἀλλοτρίων ὑποθέσεων, ἀλλ' ἐκ τῶν γνησιωτάτων τοῦ Πλάτωνος συγγραμμάτων. τὰ δὲ αὐτόθεν τοῖς ἀκούσι προσπιπτόντα, τῷ πρὸς τὰ πράγματα συμφωνίαν θεωροῦντες. ἀφ' ὧν δὴ πάντων ἡμῖν τὸ ἓν, καὶ πλῆρες τῆς πλατωνικῆς θεολογίας εἶδος ἀναφανήσεται.

Καὶ ἡ δι' ὅλων αὐτῆς τῶν θείων νοήσεων ἀλήθεια διήκουσα, καὶ εἰς νοῦς τὸ σύμπαν πύπυ κάλλος ἀποτέξασα, καὶ τὴν μυστικὴν ταύτης θεωρίας ἀνέλιξιν. Ὁ μὲν οὖν λόγος πιοῦτος ἔσεσθαι μοι, καθάπερ ἔφην. Ὁ δὲ αὖ τῶν προκειμένων δογμάτων ἀκροατὴς, ταῖς μὲν ἠθικαῖς ἀρεταῖς κεκοσμημένος ἐπιτηδείως, καὶ πάντα τὰ ἄγμη, καὶ ἀνάρμοστα τῆς ψυχῆς κινήματα, τῇ τῆς ἀρετῆς λόγῳ καταδησάμενος, καὶ πρὸς ἓν τὸ τῆς φρονήσεως εἶδος ἁρμόσας. Μὴ καθαρῷ γὰρ (φησὶν

ὁ Σωκράτης) καθαρὸν ἐφάπτεσθαι μὴ οὐ θεμιτὸν ἦ. πᾶς γὰρ μὴν ὁ κακὸς, πάντως ἀκάθαρτος. καθαρὸς δ', ὁ ἐναντίος. ταῖς δὲ λογικαῖς μεθόδοις ἀπάσαις γεγυμνάσθω. καὶ πολλὰ μὲν δεῖ ἀναλύσεων, πολλὰ δὲ δεῖ τῶν ἐναντίων εἰς παύλας διαιρέσεων ἀνέλεγκτα νοήματα πεπαιδεύσθω. περίεσθω. καθάπερ οἶμαι καὶ ὁ Παρμενίδης τῷ Σωκράτει παρεκελεύσατο. τοῦτο γὰρ τῆς παιδιᾶς ἐν τοῖς λόγοις τὸ παίζειν, [πάλης,] χαλεπὸν. καὶ ἄπειρός ἐστιν ἡ τῶν θείων φύσεων, καὶ τῆς ἐν αὐτοῖς καθιδρυμένης ἀληθείας καταύγασις. τὸ δὲ δὴ τρίτον ὅτι φύσις, μηδὲ τῆς φυσικῆς ἀνήκοος ἔστω, καὶ τῶν ἐν ταύτῃ πολυειδῶν δοξασμάτων ταῖς ἀκοαῖς καὶ τρόπον τὰς αἰτίας τῶν ὄντων διεροῦνεσθω, ἐπ' αὐτῷ ἤδη τῷ χωριστῶν, καὶ πεφωτουργῶν ὑποστάσεων Φύσιν ῥᾴων προΐηται. μήτ' οὖν πάσης (ὅσης ἔπεσθω) τῆς ἐν τοῖς φαινομένης ἀληθείας, μήτε αὖ τῶν καὶ παθήσεσιν ὁδῶν, καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς μαθήσεων ἀποτελείσθω. διὰ γὰρ τούτων, αὐλότερον τῷ θείας οὐσίας γινώσκομεν. πάντα δὴ ταῦτα σωθησέσθω. εἰς τὴν ἡγεμόνα νοῦν. καὶ τῆς Πλάτωνος διαλεκτικῆς μεταλαβὼν, καὶ μελετήσας τὰς ἀΰλους, καὶ χωριστὰς τῶν ζωμαλιχῶν δυνάμεων ἐνεργείας, καὶ νοήσας, μὴ λόγου τὸ ὄντως θεωρεῖν ἐφιέσθω. ἁπλέστερον λιπαρῶς τῆς τῶν θείων τε, καὶ μακαρίων δογμάτων ἐξηγήσεως, ἔρωτι μὲν βαθεῖ καὶ τὸ λόγιον ἀναπλήσας τῷ ψυχῷ, ἐπεὶ καὶ σωτήριον ἔρωτα. ἀμείνω λαβὼν εἰς τὴν τῆς θεωρίας πᾶσης ἀντίληψιν οὐκ ἔστιν ὡς πᾶ φησὶν ὁ Πλάτων λέγω.

Ἀλήθεια δὲ τῇ διὰ πάντων ἠκούσῃ γεγυμνασμένῳ, καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν ὄντως ἀλήθειαν ἐγείρας τὸ νοητὸν ὄμμα. πρὸ δὲ μενίμῳ, καὶ ἀνικήτῳ, [ἀκινήτῳ,] καὶ ἀσφαλεῖ τῆς τῶν θείων γνώσεων ὕδῃ προσιδρύσας ἑαυτὸν, καὶ μηδὲν ἄλλο θαυμάζειν, ἢ μηδὲ ἀποβλέπειν εἰς ἄλλα πλήν, ἀλλ' ἀγχεμεῖ τῇ διανοίᾳ, καὶ ζωῆς ἀτρύτου δυνάμει πρὸς τὸ θεῖον φῶς ἐπείγεσθω, καὶ ὡς σωτηρίου φάους πιεῖν ἐνεργείας τε, καὶ ἡρεμίας ἵδρυ ἐμοὶ προβεβλημένῳ, ὑπὸν ἔχειν προσηκε τὸν ἑαυτοῦ νοῦν οὕτω καρυφαῖον, ὥς που φησὶν ὁ ἐν Θεαιτήτῳ Σωκράτης, ἡμῖν οὖν ἱστόρησις οὕτω μεγάλη, καὶ ὁ τρόπος τῶν περὶ αὐτῆς λόγων τοιοῦτος. καὶ ἡ τῶν μαθησομένων παρασκευὴ παιδεῖ ἔοικεν, ὡς γέ μοι καταφαίνεται. Πρὸν δ' ἄρξομαι τῆς τῶν προκειμένων ἡμῖν πραγμάτων ὑφηγήσεως, βούλομαι περί τε αὐτῆς λογίας εἰπεῖν, καὶ τῶν κατ' αὐτὸν τρόπων. καὶ τίνας μὲν ὁ Πλάτων δογματίζει, τίνας δ' ἀποσκευάζεται τῶν θεολογικῶν τύπων, ἵνα ταῦτα προσιδόντες, ῥᾴον ἐν τοῖς ἑπομένοις τὰς τῶν ἀποδείξεων ἀφορμὰς καταμανθάνωμεν.

(inquit Socrates) purum attingere nefas est. Omnis enim malus, prorsus est impurus. Purus verò *censetur ille*, qui contrarius *est malo*. Logicis verò methodis omnibus, *& disputandi rationibus omnibus* sit exercitatus. Et multas quidem de *syllogismorum in propositiones* resolutionibus, multas etiam de divisionibus, quę sunt his cõtrariæ, sententias *inexpugnabiles ac invictas*, quæ redargui *refelliq;* nequeant, contemplatus, *premeditatus. & his egregiè munitus* adsit, quemadmodum & ipse Parmenides (ut arbitror) Socrati suasit. Nam ante talem in verbis, *disputationibus, variisq; disciplinis* luctam, *& exercitationem, qua quis in Philosophiæ studiis sò diligenter exercuerit*, gravis & difficilis est divinorum generum, & veritatis in ipsis collocatæ, *sitæq;* cognitio. Quod autem post hæc tertium *est*, ne Physicæ quidem sit imperitus, *ut ille, qui Physicam nunquam audivit.* Et multiformium dogmatum, *variorumq́ue Philosophicorum decretorum* in ista *Physica comprehensorum*, per similitudines, quodammodo causas existentium *rerum, vel ipsorum Entium causas* perscrutatus, iam ad ipsam separabilium, & primariarum hypothesewn naturam faciliùs accedat. Ne igitur (quod *antè* diximus) huius veritatis, quæ *est* in iis, quæ apparent, neq; etiam illarum viarum, quæ *sunt* in *rerum præclararum* doctrina, & disciplinarum in ipsis *Philosophiæ viis, præceptisq; comprehensarum* sit expers, *& harum omni præsidio nudatus.* Per hæc enim *variarum disciplinarum genera* divinam essentiam à-materia-remotiorem, *materia prorsus expertem, & incorpoream esse* cognoscimus. His autem omnibus *scientiarum præceptis* in mente duce *collectis, & quasi quodam vinculo* constrictis, & Platonicæ dialecticę particeps-factus, *& notitiam adeptus*, & meditatus illas expertes-materiæ, & à corporeis facultatib. separatas actiones, & intelligentias, cũ ratione, *rationis auxilio* ea, quæ sunt, *ipsásq; naturas rerũ & Entia* contemplari cupiens, tangat *atq; tractet* assiduè divinorum, & beatorum decretorum explicationem, amore quidem profundo, ex oraculi sententia, replens animum, quia nullum amore præstantiorem adiutorẽ ad huius contemplationis perceptionẽ, *ac adeptionem* accipere possumus, ut quodã in loco Platonis oratio dicit.

Veritate verò per omnia pervadente exercitatus, & ad ipsam verè veritatem excitans intelligibilem oculum, *vel intelligentia-præditum oculum, i. e. mentis, & intelligentiæ oculum ad veram veritatem dirigens*, & in stabili, & invicto, & tuto divinarum notionum genere sese collocans, & illud in animum inducens, ut nihil aliud admiretur, præterea verò ne alia quidem intueatur: sed immota mente, & indomitę vitæ facultate, *quæ nulli difficultati cedat*, ad divinum lumen properans, & (ut paucis rem totam complexus expediam) tale genus actionis, & quietis simul sibi proponens, quale decet habere illum, qui futurus est ita coriphæus, *& princeps*, ut in quodam Theæteti loco Socrates dicit. Argumentum igitur *operis nobis propositi* adeò magnum *est*, & modus verborum de ipso *faciendorum erit* talis. Et ipsa *disciplinorum, ac auditorum* eorum, qui *Platonicam Theologiam* discere volent, præparatio talis quædam est, ut mihi saltem videtur, *optima scilicet.* Antequàm verò rerum nobis propositarum narrationem, *ac explicationem* incipiã, volo dicere de ipsa Theologia, & de modis, qui *sunt* in ipsa, *quibus ea tractatur*, & quos Theologicos typos Plato sua-sententia-probet, *& pro decretis tradat*, & quos improbet *atq; reiiciat*, ut his præcognitis, faciliùs in sequentibus ipsarum demonstrationum facultates percipiamus, *& melius cognoscamus.*

CAP. III.

CAPVT III.

OMnes igitur, quotquot unquam Theologiam attigerunt, ea, quæ ſecundùm naturam prima ſunt, Deos nominarunt, & in his *cognoſcendis* theologicam ſcientiam verſari dicunt. Et alii quidem, corpoream hypoſtaſin ipſius Eſſe tantũ probandam cenſent. Omnia verò *rerum* incorporearũ genera cum Subſtantia, *vel Eſſentia conferentes*, ſecunda ſtatuunt. Et ipſa principia Entiũ, *vel rerum quæ ſunt*, corpoream formam habere, *corporea eſſe dicunt*, & illum habitum, qui *eſt* in nobis, qui *nobis* hęc *principia* nota-facit, corporeum *eſſe* pronunciãt. Alii verò, omnia quidẽ corpora ex incorporeis *ſubſtantiis* ſuſpendẽtes, *& ex iis pendere dicentes*, primam, *ut ita loqui liceat*, exiſtentiã, *vel eſſentiam*, in anima, & facultatib. animalib. *eſſe* definientes, Deos quidẽ (ut arbitror) vocãt, ptęſtantiſſimas animas: ſcientiã verò ad hęc uſq; progreſſam, & has *præſtantiſſimas animas* cognoſcentẽ, Theologiam appellant. quotquot vero etiam animarum multitudinẽ ex alio antiquiore principio deducunt, & Mentẽ rerum univerſarum ducem ſtatuunt, præſtantiſſimũ quidem finem eſſe dicũt, ipſam animæ cum mente unionem, *atque coniunctionem arctiſſimã, quæ facit ut anima & Mens in unum coeant*, & intellectuale vitæ genus, *quod ab omni corporea materia ſeparatum, in ſola intelligentia verſatur*, excellentiã *cæteris* omnibus præſtare putãt. In idem autem profectò ducũt, *& ſtatuunt idem eſſe*, Theologiam, & ipſam de intellectuali eſſentia enarrationẽ, *ac interpretationem*. Omnes igitur quod antè dixi prima Entium, *vel rerum, quæ ſunt*, principia, & quæ ſunt ſua ſorte maximè contenta, *& perfectiſſima, & quæ nullis alienis ſubſidiis indigent*, Deos *vocant*, & Theologiam, horum ſcientiam appellant.

Sola verò Platonis divina enarratio omnia quidem corporea, cum ratione principii *conferens, & collata perpendens aperiè* contẽpſit. Quia profectò quicquid in partes dividi, & intervallis diſtingui, *ſeparariq;* poteſt, *vel, omne dividuum, & quod habet dimenſionem*, neq; producere, neq; ſeipſum conſervare naturà ſolet, *aut poteſt*: ſed & ipſum eſſe, & ipſum agere, & pati, *vel ſuam eſſentiam, & actionem, & paſſionem, ut vulgus loquitur*, per animam habet, & *per* motus in ipſa *inſitos*. Animalem verò ſubſtantiam, *i. e. animæ verò eſſentiam*, corporibus quidem antiquiorem *eſſe* demonſtravit: ſed ex intellectuali hypoſtaſi pendère. Quia quidquid ſecundùm tempus, & *in ipſo tempore* movetur, quamvis per-ſe-mobile ſit, illis quidem, quæ ab altero moventur, eſt principalius, *i. e. præſtantius, & ob principatum nobilius*, æterna verò motione poſterius, *ac inferius*. Corporum igitur (ut dictũ eſt) & animarum parentem, & cauſam *Plato* Mentem pronunciat, & in ea, *ac per eam* omnia & eſſe, & agere, quæcunque vitam habent in exitu, & explicatione; *vel, in tranſitu, & evolutione poſitam, id eſt, quæ in aliquem locum ingrediuntur, & illinc egrediuntur, & quæ ſeſe quaſi ex quibuſdam involucris, quibus involvuntur, evolvunt, & explicant*.

Κεφάλαιον γ.

ΠΑντες οὖν, ὅσοι πώποτε θεολογίας εἴσω ἐμύησαν, τὰ πρῶτα καὶ φύσιν, θεοὺς ἐπονομάζοντες, ἐν τούτοις τὴν θεολογικὴν ἐπιστήμην πραγματεύεσθαι φασί. καὶ οἱ μὲν, τὴν σωματικὴν ὑπόστασιν τοῦ εἶναι μόνον ἀξιοῦντες. Τὰ δὲ τῶν ἀσωμάτων ἤδη σύμπαντα πρὸς οὐσίαν δόκιμα ὑπειλήφασι, τὰς τε ἀρχὰς τῶν ὅλων σωματοειδεῖς, καὶ τὴν ταύτας γνωρίζουσαν ἐν ἡμῖν ἕξιν σωματικὴν ἀποφαίνουσιν. Οἱ δὲ, τὰ μὲν σώματα πάντα τῶν ἀσωμάτων ἐξάψαντες, τὴν πρωτίστην ὑπαρξιν ἐν ψυχῇ, καὶ ταῖς ψυχικαῖς δυνάμεσιν ἐνιζάνειν, θεοὺς μὲν (οἶμαι) καλοῦσι, τὰς ψυχῶν τὰς ἀρίστας. τὴν δὲ μεγίστων ἀγνοίαν καὶ πάντας γινώσκειν ὑπισχνούμενοι, θεολογίαν ἐπονομάζουσιν. Ὅσοι δὲ αὖ καὶ τὴν τῶν ψυχῶν πληθὺν παράγουσιν ἐξ ἄλλης πρεσβυτέρας ἀρχῆς, καὶ νοῦν ἡγεμόνα τῶν ὅλων ὑποβάλλονται, πάλιν μὲν τὸ ἄριστον εἶναι φασὶ τὴν πρὸς τὸν νοῦν τῆς ψυχῆς ἕνωσιν, καὶ τὸ νοερὸν τῆς ζωῆς αὐτῇ ὁμοίωμα τῶν πάντων διαφέρειν νομίζουσιν. Εἰς δὲ τὸν τοῦ ὄντως θεολογίαν ἥκουσι, καὶ τὴν περὶ τῆς νοερᾶς οὐσίας ἐξήγησιν. Ἅπαντας οὖν (ὅσους εἶδον) τὰς πρωτίστας ἀρχὰς τῶν ὅλων, καὶ αὐταρκεστάτας, θεοὺς ἀποκαλοῦσι, καὶ θεολογίαν τὴν τούτων ὀνομάζουσιν.

Μόνη δὲ ἡ τοῦ Πλάτωνος ἔνθεος ὑφήγησις τὰ μὲν σωματικὰ πάντα πρὸς ἀρχῆς λόγον ἀθροίσασα. Διότι δὴ τὸ μεριστὸν πᾶν, καὶ διαστατὸν, οὔτε παραμένειν, οὔτε ζωὴν ἑαυτῷ πόρισαι, ἀλλὰ καὶ τὸ εἶναι, καὶ τὸ ἐνεργεῖν, ἢ πάσχειν, διὰ ψυχῆς ἔχει, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ κινήσεων. τὴν δὲ ψυχικὴν οὐσίαν, πρεσβυτέραν μὲν εἶναι σωμάτων ἀποδείξασα. Τῆς δὲ νοερᾶς ὑποστάσεως ἐξηρημμένην. ἐπεὶ καὶ τὸ μὴ χρόνου κινούμενον, κἂν ἀυτοκίνητον ᾖ, τῶν μὲν ἐπεκεινήτων ἐστὶν ἡγεμονικώτερον. Τῆς δὲ διαιωνίας κινήσεως, δεύτερον. Σωμάτων μὲν (ὡς πατρὸς εὕρηται) καὶ ψυχῶν πατέρα, τὸν νοῦν ἀποφαίνει, καὶ αἴτιον, καὶ ὡς ἐκεῖνον πάντα καὶ εἶναι, καὶ ἐνεργεῖν, ὅσα τὸν ζωὴν ἐν διεξόδοις, καὶ ἀνελίξεσι κέκληται.

Πρόεισι δὲ ἐπ' ἄλλην ἀρχὴν τοῦ νοῦ παντελῶς ἐξηρημμένην, καὶ ἀσωματοτέραν, καὶ ἄρρητον, ἀφ' ἧς πάντα κἀν τοῖς ἔσχατα τῶν ὅλων λέγηται, τὸν αὐτὸν ἔχειν ἀναγκαῖον. Ψυχῆς μὲν γὰρ οὐ πάντα μετέχειν πέφυκεν, ἀλλ' ὅσα ζωὴν ἔλαχε τραπεσθαι, ἢ ἀμυδρότερα ἐν αὐτοῖς. οὐδὲ νοῦ πάντα, καὶ τοῦ ὄντως ἄυτως ἀπολαῦσαι δυνατὸν, ἀλλ' ὅσα καθ' ἑαυτὰ εἶδον ὑφέστηκε. Δεῖ δὲ

Progreditur autem ad aliud principium ex ipſa mente prorſus exemptum, & magis-incorporeum, & ineffabile, à quò omnia, quamvis ipſa ipſorum Entium extrema, *vel, ſumma* dicas, *ſuam* hypoſtaſin habere neceſſe *eſt*. Animam enim non omnia à natura datam habent: ſed quæcunque vitam in ſe ſortita ſunt clariorem, aut obſcuriorem. Neque fieri poteſt, ut omnia mente, & ipſo Ente ſic fruantur: ſed ea, quæcunque ſubſiſtunt in ſpecie, *& quæ ſuum eſſe in ipſa rei forma poſitum, & inde pendens habent*.

αὖ πῶ ἀρχῶ τ πάντων ὑπὸ πάντων μετέχεσθαι τ ὄντων, ἄπᾳς μηδενὸς ἀποστατοῦ. πάντων αἰτία τ ἐπιστοῦν ὑφεστάναι λεγομένων οὖσα. πρώτῳ ἢ πρωτίστῳ τῶν ὅλων, καὶ νοῦ πρεσβυτέρᾳ ἀρχῶ ἐν ἀβάτοις ἀποκεκρυμμένῳ ἐνθέως ἀνεῦρεν ζα, καὶ τρεῖς ταύτας αἰτίας, καὶ μονάδας ὑπάρξαι ζωμάτων ἀναφήναι, ψυχῶ λέγω, καὶ νοῦν πρώτιστον, καὶ πῶ ὑπὲρ νοῦν ἕνωσιν, παρὰ μῶ ὅτι πάντων ὡς μονάδων αὐτὸ οἰκείους ἀριθμούς.

Τὸν μῶ, ἑνοειδῆ, πρῶ ἢ, νοερὸν, τρῶ ἢ, ψυχικόν. πᾶσι γὰρ μονὰς ἡγεῖται πλήθους ἑαυτῆς συστοίχου παντάπᾳ ἢ ὥσπερ τὰ ζώματα ταῖς ψυχαῖς, οὕτω δή που καὶ ψυχὰς μῶ πρὸ τῆς νοερᾶς ἴδιον. ζῶσαι ἢ ζωῆς ἐνάσι τῶν ὅλων. πάντα ἢ εἰς μίαν ἁπλῆν πῶ ἀμέθεκτον ἑνάδα. καὶ μίχθαι πάντας ἀναδραμοῦσα, πέρας εἶπεν τὸ ἀκρότατον ἔχειν τῆς τῶν ὅλων θεωρίας. καὶ ταύτῳ εἶναι πῶ περὶ θεῶν ἀλήθειαν, ἢ περὶ τὰς ἑνάδας τῶν ὅλων πραγματεύεσθαι, καὶ τὰς τε περιόδους αὐτῶν, καὶ τὰς ἰδιότητας παραδίδωσι, καὶ πῶ τῶν ὅλων πρὸς αὐτὰς συναφῆ, καὶ τὰς τῶν εἰδῶν τάξεις, ἀπ' τούτων ἐξηρτῆσθαι τῶν ἑνιαίων ὑποστάσεων.

Τῶ ἢ περὶ νοῦν, καὶ τὰ εἴδη, καὶ τὰ γένη δ' νοῦ στρεφομένῳ θεωρίαν, δεύτεραν εἶναι τῆς περὶ αὐτῶν τῶν θεῶν πραγματευομένης ἐπιστήμης. καὶ ταύτῳ μῶ ἐπὶ νοητῶν ἀνελαμβάνεσθαι, καὶ τῇ ψυχῇ διʼ ὑπολήψεως γινώσκεσθαι δυναμένων εἰδῶν. Τῶ ἢ ταύτης ὑπερέχουσαν, ἀῤῥήτων, καὶ ἀφθέγκτων ὑπάρξεων μεταθεῖν πῶ τε ἐν ἀλλήλαις αὐτῶν διάκρισιν, καὶ πῶ λόγῳ μιᾶς αἰτίας ἔκφασιν. Ὅθεν εἶμαι καὶ τῆς ψυχῆς τὸ μῶ νοερὸν ἰδίωμα, καταληπτικὸν ὑπαρχῆν τῶν νοερῶν εἰδῶν, καὶ τῆς ἐν αὐτοῖς διαφορᾶς. Τῶ ἢ ἀκρότητι τοῦ νοῦ, καὶ (ὡς φασι) τὸ ἄνθει, καὶ πῶ ὑπερέχειν συνάπτεσθαι πρὸς τὰς ἑνάδας τῶν ὅλων, καὶ διὰ τούτων πρὸς αὐτῶ πῶ πασῶν τῶν θείων ἑνάδων ἀποκρυφὲν ἕνωσιν. πολλῶν γὰρ ἐν ἡμῖν δυνάμεων οὐσῶν γνωστικῶν, καὶ ταύτῳ μόνῳ τῷ θείῳ συνοικεῖσθαι, καὶ μετέχειν ἐκείνου πεφύκαμεν. οὔτε γὰρ αἰσθητὸν τὸ θεῶν γένος λῆπτον, εἴπερ ἐστὶ ζωμάτων ἀπάντων ἐξῃρημένον, οὔτε δόξῃ, καὶ διανοίᾳ μεριστῇ γὰρ αὖται, καὶ πολυειδῶν ἐφάπτονται πραγμάτων, οὔτε νοητὸν μετὰ λόγου. Τῶν γὰρ ὄντως ὄντων ἐστὶν αἱ τοιαῦται γνώσεις. ἡ ἢ τῶν θεῶν ὕπαρξις ἐπέχειται τοῖς οὖσι, καὶ καθʼ αὐτῶ ἀφώρισται τῶ ἕνωσιν τῶν ὅλων. Λείπεται σοι, ἄπᾳς ἐστὶ καὶ ὑπερούσιον τὸ θεῖον γνωστὸν, τῇ τῆς ψυχῆς ὑπάρξει καταληπτὸν ὑπάρχειν, καὶ διὰ ταύτης γνωρίζεσθαι, καθʼ ὅσον δυνατόν. τῷ γὰρ ὁμοίῳ παντὶ χοῦ φαμῶ τὸ ὅμοια γινώσκεσθαι.

Oportet autem ipsum omnium *rerum* principium ab omnib. Entibus participari, si modò à nullo *eorum* defecerit, cùm sit causa *rerum* omnium, quæ per substantiam, *vel essentiam*, quomodocunque subsistere, & *esse* dicuntur. Hoc autem primum *rebus* universis & mente antiquius principium in *locis* inaccessis, *ac inviis* occultatum, postquàm *illa divina Platonis enarratio*, divinitùs invenit, & postquam has tres causas & unitates supra corpora demonstravit *esse*, animam dico, & mentem illam primam, & supra mentem, unionem, ex his quidem, ut unitatibus suos numeros educit.

Vnum quidem, uniformem, alterum verò, intellectualem, tertium verò, animalem. Omnis enim unitas suæ multitudini præest, quæ-est-ejusdem-ordinis. Et quemadmodum corpora *cum suis* animabus conjũgit, sic etiam profecto animas *conjungit cum* ipsis intellectualibus formis. Hæ verò *cum* ipsis unitatibus ipsorũ Entium *conjunguntur*. Omnia verò redeunt ad unam unitatem imparticipabilem, *ut ita loqui liceat, id est, cujus nullus alius numerus particeps esse potest. Quoties enim unitas cum aliis numeris miscetur, suum unitatis nomen amittit, nec amplius unitas dici potest.* Et huc usq; progressa *illa divina Platonis enarratio*, putat se habere summũ finem contemplationis *rerum* universarum, & hanc esse de Diis veritatem, quæ circa ipsas ipsorum Entium unitates versatur, *& in harum indagatione, & consideratione occupatur*, & earum progressus, & proprietates tradit, & ipsorum Entium cum ipsis conjunctionem, & ipsos formarum ordines, qui pendent ex istis heniæis hypostasibus, *id est, ex istis unicis, & singularibus naturis, vel, ex istarum unitarum essentia & natura.*

Ipsam verò contemplationem in mente, mentisque formis, & generibus versantem, posteriorem esse *docet* ipsa scientiâ, quæ de Diis ipsis traditur. Et hanc quidem etiam apprehendere ea, quę-mente-percipi-possunt, & animo *comprehendere* formas, quæ per primas-animi-notiones cognosci possunt. Hac verò superiorem, *& præstantiorem scientiam*, arcanarum & ineffabilium essentiarum persequi *naturam*, & ipsarum inter se mutuum discrimen, & *rerum mysticarum, & reconditarum* enunciationem ab una causa *manantem*. Vnde puto & ipsius animæ intellectualem quidem proprietatem vim habere comprehendendi formas intellectuales, & differentiã, quæ est inter ipsas, *vel, & ipsarum differentiam*. Ipsam verò mentis summitatẽ, *summumq́, fastigium*, & (ut aiunt) ipsum florem, & essentiam cum unitatibus ipsorũ Entium coniungi *traduns*, & per istas, *& harum operâ coniungi* cum ipsa omnium divinarũ unitatum occulta unione. Cum enim sint in nobis multæ facultates cognoscendi-vim-habentes, per istam *solam arcanam unionem*, cum solo numine-divino cõiungi, & ipsius participes-esse consuevimus. Neque enim Deorum genus sensu percipi potest, siquidem ex omnibus corporibus est exemptum, *& prorsus incorporeum*, neque opinione, & cogitatione *comprehendi potest*. Istæ enim *opiniones, & cogitationes* dividuę *sunt, & in varias partes dividuntur*, & multiformes, *multiplicesq́,* res attingunt. Neq; intelligentiâ *quæ sit coniuncta* cũ ratione, *Deorum genus cognosci potest*. Ipsorum enim verò Entiũ sunt huiusmodi notiones. Ipsa verò Deorũ essentia ipsis Entibus invehitur, *& ut quasi currus quidam vehatur*, & per ipsam *rerum* universarum unione definitur. Reliquũ igitur est, si modò divinũ-numen vel quomodocunq; cognosci potest, ipsâ animæ essentiâ comprehendi, & per istã cognosci quantum fieri potest. Vbique enim similia simili cognosci

gnosci dicimus. Ipso quidē sensu, videlicet id quod sub sensum cadit. *sensuq; percipitur, quod vulgo sensibile, & sensile vocatur.* Opinione verò, id, quod est opinabile, *quod in opinione versatur.* Cogitatione verò, id quod in cogitatione positum est. Mente verò, id quod in mentem cadit, *quod in mente versatur, & mente percipitur.* Quamobrē & ipso uno *cognoscitur* id, quod est maximè unum, *& verissimè unum*, & ipso arcano, id quod est arcanum. Rectè enim & ille in Alcibiade Socrates dicebat, animam ingressam in se ipsam, & cætera omnia contemplaturam esse, & *ipsum* Deū. Contrahēs enim se totam in sui ipsius unionem, & *in* ipsum centrum universæ vitæ, & multitudinem & varietatem omnigenarum in ea *comprehensarum* facultatum amovens, in ipsam summam ipsorum Entium speculam ascendit. Et quemadmodum in *omnium sacrorum* sanctissimis Initiis aiunt Mystas, *qui Ceretis, aut alius Dei, Dexíæ sacris initiari volunt*, primùm quidem multiformibus, & multiplicibus Deorum obiectis generibus occurrere, *& in ea præter expectationem incidere*, ingressos verò *iam in ipsa loca, ubi initiantur*, immotos, & ipsis Initiis, *sacrorumq; divina virtute* septos *atq; munitos*, ipsam divinam illustrationem recenter in suum sinum recipere *diuinitus immissam, eiusq; purissimo lumine collustrari*, & tanquam Gymnitas, *id est, veliles, & levis armaturæ milites*, (quemadmodum illi dicerent) numinis-divini participes fieri eodem modo puro, & in ipsa *rerum* universarum cōtemplatione *rem se habere*. Nam si anima, in illa quidem, quæ post ipsam sunt, intueatur, umbras, & simulachra ipsorū Entiū *eam* videre *constabit*. Si verò in se ipsam revertatur, *eam*, suā essentiam, & suas rationes evolvere, *& volutare constabit*. Ac primùm quidem, quasi seipsam tantum conspicere. Quum verò suā noticiā profundiùs *in rerum indagationē* penetrat, *arbitrer eam*, & ipsam mentem invenire in se ipsas *fixas sedes habentem*, & ipsos ipsorum Entiū ordines. Quū verò progreditur in sui ipsius interiores recessus, & quasi in quoddā animæ adytum, hoc verò *modo eam*, & ipsum Deorū genus, & unitates ipsorum Entiū, *quasi* claulis oculis, *& cōniventem* contēplari *constabit*. Omnia enim etiam in nobis sunt animaliter, *ut ita loqui liceat, pro, omnia quæ fiunt à nobis, ex animæ gubernatione noticiā, pendent*. Et propterea illud à natura insitū habemus, ut *per animam* omnia cognoscamus, excitātes *insitas* in nobis facultates, & *rerum* universarum imagines. Atq; hoc est actionis *humanæ* præstantissimum *munus & officium*, in quiete facultatum *in anima sitarum*, ad ipsum diuinū numē sursum-tendere, *& mētis oculos in illud intendere*, & illud *quasi* choreis agitatis ambire. Et totā multitudinē *facultatum* animæ, *omnesq; vires eius aiunt* oportere simul excitare, *& concitare* ad illam *cum numine divino sanctissimam coniunctionem, & arcanam* unionem, & omnibus omissis, *atq; neglectis*, quę sunt post Vnum, ipsi *divino numini quodammodo* assidere, *sedesq; nostras iuxta ipsum figere*, & coniungi cum illo ineffabili, & omnibus Entib. longè superiore, *atq; præstantiore, scilicet divino numine*. Eo enim usq; fas *est* animam ascendere, donec ad ipsum Entium principium ascenderit, & *ascendendi* finem fecerit, *in eo prorsus acquiescens*. Cū enim *anima iam* illuc pervenit, & illum locum est-contemplata, & quum illinc descēdit, & per ipsa Entia iter fecit, & evolvit formarum multitudinem, & earum unitates, & numeros est persecuta, *diligenter examinans*, & dignoscens intellectualiter, *id est ipsius intelligentiæ facultate*, quomodo singula ex suis unitatib. pendeant, *tunc oportet* existimare *eam* habere perfectissimam *rerum* divinarum scientiam, & Deorum progressus in ipsa Entia, & ipsa Entium circa Deos di-

τῇ μὲν αἰσθήσει, δηλαδὴ τὸ αἰσθητόν. τῇ δὲ δόξῃ, τὸ δοξαστόν. τῇ δὲ διανοίᾳ, τὸ διανοητόν. τῷ δὲ νῷ, τὸ νοητόν ὥστε καὶ τῷ ἑνὶ, τὸ ἑνικώτατον, καὶ τῷ ἀῤῥήτῳ, τὸ ἄῤῥητον. Ὀρθῶς γὰρ καὶ ὁ ἐν Ἀλκιβιάδῃ Σωκράτης ἔλεγεν, εἰς ἑαυτὸν εἰσιέναι, τὴν ψυχήν, καὶ πάντα ἄλλα πάντα κατιδεῖν, καὶ θεόν. σωνοῦσι γὰρ εἰς τὸν ἑαυτῆς ἔνωσιν, καὶ τὸ κέντρον συμπάσης ζωῆς, καὶ τὸ πλῆθος ἀποσκιαζόμενον, καὶ τὸν μυρίαν τῶν ἐν αὐτῇ παντοδαπῶν δυνάμεων, ἐπ' αὐτὸν ἄνεσιν τὸν ἄκρατον τῶν ὅλων περιποιοῦν. καὶ ὥσπερ ἐν ταῖς τῶν τελετῶν ἀγωγαῖς φασὶ δεῖν μύησις, τὸν μὲν πρῶτον παλυφθέντα, καὶ παλυφόρμοις τῶν θεῶν περιβεβλημένους ἥκειν ἀπλῶς, εἶτα δὲ, ἀκλινεῖς, καὶ ταῖς πλευραῖς πεφραγμένους, αὐτὸν τὸν θεῖον ἔλλαμψιν ἀκραιφνῶς ἐγκολπίζεσθαι, καὶ γυμνίτας (ὡς αὐ ἐκεῖνοι φασιν) τοῦ θείου μεταλαμβάνειν, τὸν αὐτὸν οἶμαι τρόπον καὶ ἐνταῦθα τῶν ὅλων. εἰς μὲν τὰ μεθ' ἑαυτὴν βλέπουσαν τὸν ψυχὴν, τὰς σκιὰς, καὶ τὰ εἴδωλα τῶν ὄντων βλέπειν. εἰς ἑαυτὴν δὲ ἐπιστρεφομένην τὸν ἑαυτῆς οὐσίαν, καὶ οὓς ἑαυτῆς λόγους ἀνελίττειν. καὶ τὰ μὲν πρῶτα ὥσπερ ἑαυτὴν μόνον καθορᾶν. βαθύνουσα δὲ τῇ ἑαυτῆς γνώσει, καὶ τὸν νοῦν ἐνιδρύσειν ἐν αὐτῇ, καὶ τὰς τῶν ὄντων πέρας. Χωρεῖσαν δὲ εἰς τὸ ἐντὸς αὐτῆς, καὶ τὸ θεῖον ἄδυτον τῆς ψυχῆς, ἐκείνῳ γὰρ τὸ θεῶν ἦθος, καὶ τὰς ἑνάδας τῶν ὄντων μύσασαν θεάσασθαι. πάντα γὰρ ἐστι καὶ ἐν ἡμῖν ψυχικῶς, καὶ διὰ τοῦτο τὰ πάντα γινώσκειν πεφύκαμεν, ἀνεχείρητος τὰς ἐν ἡμῖν δυνάμεις, καὶ τὰς εἰκόνας τῶν ὅλων. καὶ τοῦτο ἐστὶ τὸ ἄρεσιν τῆς ἐνεργείας ἐν ἠρεμίᾳ τῶν δυνάμεων πρὸς αὐτὸ τὸ θεῖον ἀναπίνεσθαι, καὶ περιχορεύειν ἐκεῖνο, καὶ πᾶν τὸ πλῆθος τῆς ψυχῆς συνεχέρνειν δεῖν πρὸς τὴν ἕνωσιν ταύτην. καὶ πάντα ἀφέντας, ὅσα μὴ τὸ ἕν, αὐτῷ προσβρύεσθαι, καὶ συνάπτεσθαι τῷ ἀῤῥήτῳ, καὶ πάντων ἐπέκεινα τῶν ὅλων. Μέχρι γὰρ τούτου τὴν ψυχὴν ἀνιέναι θεμιτὸν, ἕως αὖ ἐπ' αὐτὸν ἀνιοῦσα, πλουτήσῃ τὴν τῶν ὅλων ἕξιν. ἐκεῖ δὲ γενομένην, καὶ τὸν ἐκεῖ τόπον διασημένην, καὶ καθιοῦσαν ἐκεῖθεν, καὶ διὰ τῶν ὅλων πορευομένην, καὶ ἀνελίττουσαν τὰ πλήθη τῶν εἰδῶν, τὰς τε μοναδικὰς αὐτῶν, καὶ οὓς ἀριθμοὺς διεξιοῦσαν, καὶ ὅπως ἕκαστα τῶν οἰκείων ἑνάδων ἐξήρτηται νοερῶς διαγινώσκουσαν, πλεωτάτην οἴεσθαι τῶν θείων ἐπιστήμην ἔχειν, τὰς τε τῶν θεῶν περιόδους εἰς τὰ ὄντα, καὶ τὰς τῶν ὄντων περὶ οὓς θεοὺς ἀπεικάσεις εἰκότως θεασαμένην. Ὁ μὲν δὴ θεολόγος ἡμῖν ἕως καὶ τοῦ Πλάτωνος ψῆφον ποιοῦτος, καὶ ἡ θεολογικὴ παιδεία ἕξις, αὐτὸν τὸν τῶν θεῶν ὕπαρξιν ἐκ-

tudinem, & earum unitates, & numeros est persecuta, *diligenter examinans*, & dignoscens intellectualiter, *id est ipsius intelligentiæ facultate*, quomodo singula ex suis unitatib. pendeant, *tunc oportet* existimare *eam* habere perfectissimam *rerum* divinarum scientiam, & Deorum progressus in ipsa Entia, & ipsa Entium circa Deos di-

φάνευσι, καὶ τὸ ἄγνωστον αὐτῶν, καὶ ἑνιαῖον φῶς ἀπὸ τῆς τῶν μεθεκτῶν ἰδιότητος διακρίνουσι, καὶ θεωμένη, καὶ ἀπαγγέλλουσι τοῖς ἀξίοις τῆς μακαρίας ταύτης, καὶ πάντων ὁμοῦ παρεκτικῆς ἐνεργείας.

scrimina, uniformiter contemplatam. Theologus igitur ex Platonis sententia nobis sit talis, *qui rerum antè dictarum solidam, veramq; noticiam habeat.* Et ipsa Theologia *sit* talis habitus, *qualis hîc describitur*, qui ipsam Deorum essentiam declaret, & ipsorum ignotum, & henizum, *id est unicum & singulare* lumen discernat à proprietate rerum, quæ participes sunt *huius unici luminis*, & *id* contempletur, & denunciet illis, qui digni sunt hac beata, & omnia simul continente actione.

Κεφάλαιον δ.

Μετὰ δὲ ταύτην τὴν παντελῆ τῆς πρώτης θεωρίας παρέλημψιν, καὶ οὗ τρόπους διακρινόμεθα, καθ' οὓς ὁ Πλάτων τὰ μυστικὰ περὶ τῶν θείων ἡμᾶς ἀναδιδάσκει νοήματα. φαίνεται γὰρ οὐ τὸν αὐτὸν παντάχου τρόπον μεθιὼν τὴν περὶ τῶν θείων θείαν διδασκαλίαν. ἀλλ' ὅπου μὲν, θεατικῶς. ὅπου δὲ, διαλεκτικῶς ἀνελίττων τὴν περὶ αὐτῶν ἀλήθειαν. καὶ ποτὲ μὲν, συμβολικῶς ἐξαγγέλλων τὰς ἀῤῥήτους αὐτῶν ἰδιότητας. ποτὲ δὲ, ἀπὸ τῶν εἰκόνων ἐπ' αὐτὰς ἀναφέρων, καὶ τὰς πρωτουργοὺς ἐν αὐτοῖς αἰτίας τῶν ὅλων ἀνευρίσκων. Ἐν μὲν γὰρ τῷ Φαίδρῳ νυμφόληπτον, φημὶ, καὶ τῆς ἀνθρωπίνης νοήσεως τὴν κρείττονα μανίαν ἀλλαξάμενον, οὕτω γέ πως πολλὰ μὲν περὶ τῶν νοερῶν διέξεισι θεῶν ἀπόῤῥητα δόγματα, πολλὰ δὲ περὶ τῶν ἀπολύτων ἡγεμόνων τοῦ παντός. οἷ τὸ τῶν ἐγκοσμίων θεῶν πλῆθος ὅτι πρὸς τὰς νοητὰς, καὶ χωριστὰς τῶν ὅλων μονάδας ἀναπέπεμπται. ἔτι δὲ πλείω περὶ αὐτῶν τῶν τὸν κόσμον διακοσμούντων θεῶν, πρός τε τὰς νοητὰς αὐτῶν, καὶ πρὸς τοὺς ἐγκοσμίους πηγὰς αὐτομνῶν, καὶ τὴν τε ποίησιν τὴν ἄχραντον, καὶ τὴν περὶ τὰς ψυχὰς διακυβέρνησιν, καὶ ὅσα ἄλλα παραδίδωσιν ὁ Σωκράτης ἐν ἐκείνοις ἐνθουσιαστικῶς, ὡς αὐτὸς διαῤῥήδην λέγει, καὶ πολὺ τοῦ ἐγκωμίου θεοὺς τῆς τοιαύτης μανίας αἰτιώμενον. Ἐν δέ γε τῷ Σοφιστῇ περὶ τε τοῦ ὄντος, καὶ τῆς τοῦ ἑνὸς πρὸς τὴν τῶν ὅλων χωριστῆς ὑποστάσεως διαλεκτικῶς ἀγωνιζόμενον, καὶ πρὸς ἑτέρους ἀπορήσαντας, ἀποδείκνυσιν ὅπως τὰ μὲν ὄντα πάντα τῆς ἑαυτῶν αἰτίας ἐξήρτηται, καὶ τοῦ πρώτως ὄντος, αὐτὸ δὲ τὸ ὂν μετέχει τῆς ἐξῃρημένης τῶν ὅλων ἑνάδος, καὶ ὡς πανταχοῦ ἐστι τὸ ἕν, ἀλλ' οὐκ αὐτοέν ὑφειμένον τοῦ ἑνὸς, καὶ λειπόμενον ὑπάρχον ἀλλ' οὐ πρώτως ἕν. Ὁμοίως δὲ αὖ κἀν τῷ Παρμενίδῃ πρός τε τοῦ ὄντος ἀπὸ τοῦ ἑνὸς πρόοδους, καὶ τὴν τοῦ ἑνὸς ὑπεροχὴν, διὰ τῶν πρώτων ὑποθέσεων, ἐκφαίνει διαλεκτικῶς, καὶ ὡς αὐτὸς ἐν ἐκείνοις λέγει, κατὰ τὴν τελεωτάτην τῆς μεθόδου ταύτης διαίρεσιν. καὶ μὴν καὶ ἐν Γοργίᾳ μὲν, περὶ τῶν τριῶν δημιουργῶν, καὶ περὶ τῆς δημιουργικῆς ἐν αὐτοῖς διακληρώσεως μῦθον ἀπαγγέλλων, οὐ μῦθον ὄντα

CAPVT IV.

POst hanc autem perfectam primæ contemplationis comprehensionem, & ipsos modos distinctè tradamus, secundum quos, *i. e. quibus* ille Plato mysticas, *& arcanas*, de *rebus* divinis sententias, *notionesq;* nos accuratè docet. Videtur enim non eodem modo ubiq; de *rebus* divinis doctrinâ persecutus esse. Sed modò quidem, divino-numine-afflatus *eam videtur tradidisse:* modò verò dialecticè veritatem de ipsis explicasse, & interdum quidem symbolicè *& obscurè*, ineffabiles ipsarum proprietates enunciasse. Interdum verò ab ipsis imaginibus, *& similitudinibus* ad ipsas *earũ proprietates* recurrisse, & primarias in ipsis causas *rerum* universarum *investigasse, & investigatas* invenisse. Nam in Phædro quidem, *quasi* Nympharum furore-correptus, & præstantiore furore cum humana intelligentia, *notioneq;* commutato ore divinitùs-afflato, multa quidem de Diis intellectualibus, *qui sola intellectu, sive intelligentiæ facultate percipiuntur, & cognoscuntur*, arcana-decreta, *quæ Philosophi dogmata vocant*, prolixè narrat, multa etiam de absolutis, *liberis & nullorum aliorum potestati subiectis* ducib. huius Vniuersitatis qui mũdanorum, *i. e. in hoc mundo versantium*, Deorum multitudinem ad mente-perceptas, & ab hac vniuersitate separatas unitates reducunt. Et longè plura de Diis illis, qui mundum istum *à se gubernandum* sunt sortiti, cũ ipsas ipsorum notiones, tum etiam *varias eorum* in hoc mundo fabricationes *rerum, & opera varia* celebrans, & ipsam impollutam providentiam, & circa animas, *i. e. animarum* gubernationem, & quæcunq; alia Socrates in illis *locis* tradit *quasi Deo plenus*, & divini-numinis-afflatu, ut ipse disertissimis-verbis dicit, idque Deos indigenas huiusmodi furoris accusans, *& autores esse dicens.* In Sophista verò, & de ipso Ente, & de Vnius hypostasi, *naturaq;* separabili ab ipsis Entibus, dialecticè certans, & dubitans, *i. e. dubitationes movens* adversus antiquiores *Philosophos*, demonstrat quomodo omnia quidè Entia ex sua causa pendeant, & ab eo, quod est primò Ens, ipsum verò Ens, particeps-sit illius Vnitatis, quæ ex universis *rebus* est-exempta, & quomodo unum patiatur, *i. e. afficiatur:* sed *tamen id, quod est* per se-unum, non sit subiectum Vni, & *cum eo* unitum, *& ita cum eo coniunctum ut ex amplici Vno fiat Vnum tantum:* sed non primò Vnum. Similiter autem etiam in Parmenide & ipsos ipsius Entis ab Vno progressus, & ipsam Vnius excellentiam per primas hypotheses, demonstrat dialecticè, & ut ipse in illis *scriptis* dicit, secundùm perfectissimam huius methodi divisionem. Quinetiam in Gorgia quidem, de tribus opificibus, & de demiurgica, *i. e. fabrili* inter ipsos divisione-per-sortitionem-facta *loquitur*, fabulam afferens, *& exponens*, quæ non solum est fabula: sed

ſed etiamet *rerum geſtarum* narratio. In Convivio verò, de amoris unione *verba facit*. In Protagora verò, de mortalium animalium à Diis diſtinctione, *& gubernatione, vel diſpoſitione agens, per* ſymbolicum, *& obſcurum dicendi* modũ veritatem de *rebus* divinis occultat, & uſq; ad nudam, *ſimplicem ſententiam*q, demonſtrationem enuntiat, *atq, declarat* ſuam voluntatem, *mentem, & ſententiam ſuis familiariſſimis, &* veriſſimis auditoribus.

Si verò vis & doctrinæ per mathemata *traditæ* mentionẽ facere, & tractationis ex ethicis, vel phyſicis ſermonib. *ſumpſit, quæ agit* de *rebus* divinis, cuiuſmodi multa quidem in Timæo, multa verò, in Politico, multa etiã in aliis dialogis ſparſa videre licet, hic verò tibi etiam per imagines, *& ſimilitudines res* divinas cognoſcere cupienti, modus erit perſpicuus, *& manifeſtus*. Hæc enim omnia *rerum* divinarum facultates effingunt, *& per quaſdam imagines, & ſimilitudines tibi res divinas, earumq, facultates repræſentant*. Ac Politicus quidem (ſi fortè res ita tulerit) in Cœlo fabricationem, *vel, Cœli fabricationem deſcribit*. Illæ verò quinque elementorum figuræ verbis geometricis traditæ, ipſas Deorum, qui huius univerſitatis partibus invehuntur, proprietates *per quandam ſimilitudinem nobis proponunt conſiderandas, & cognoſcendas*. Illæ verò animalis, *i. e. ipſius animæ*, eſſentiæ diviſiones *tibi demonſtrãt* univerſas Deorum diſtinctiones *in pulcherrimum ordinem redactas*.

Illud enim omitto dicere, quod & ipſas Reipub. adminiſtrandæ formas *ibi Plato* commendat, *eas* aſſimilãs *rebus* divinis, & univerſo mundo, & facultatib. in ipſo *verſantibus* ornat-diſtinctè. Hæc igitur omnia per ſimilitudinem rerum, quæ ſunt in hiſce terris, cum divinis *collocarunt*. Illarum progreſſus & ordines, & fabricas per imagines, *& ſimilitudines*, nobis demonſtrant. Modi igitur Theologicæ doctrinæ apud Platonem *traditæ*, tales quidam ſunt. Perſpicuum autẽ *eſt* ex iis, quę dicta ſunt, etiam eſſe neceſſe, *modos Theologiæ Platonicæ*, tot eſſe numero. *** Qui enim per demonſtrationem de *rebus* divinis dicunt, vel ſymbolicè, & fabulosè, vel per ſimilitudines loquuntur. Qui verò apertè ſuas cogitationes, *& ſententias* enunciant, alii quidem, per ſcientiam, alii verò per divinum afflatum, verba faciunt. Ac ille quidem, qui per ſymbola, *ſignaq, obſcura res* divinas ſignificare cupit, eſt Orphicus *dicendi modus, ab Orpheo traditus*, & in univerſum, *& generaliter eſt* familiaris illis, qui de Diis fabulas ſcribunt. Ille verò, qui per ſimilitudines *nobis res divinas proponit intelligendas, eſt* Pythagoreus.

Nam & à Pythagoreis mathemata excogitata-ſunt ad *rerum* divinarum commemorationem, & per hæc, quaſi *per* imagines, *& ſimilitudines* ad illas *res divinas* tranſire conabãtur. Etenim & numeros & figuras Diis attribuerunt, quemadmodum dicunt, qui res illorum narrare ſtudent. Ille verò, qui *vocatur, & eſt* entheaſticus, *i. e. qui per divinum afflatum res docet*, ipſam de Diis veritatem per ſe, *ſolam, nudamque* demonſtrans, apud ſummos Initiatores, *ut ita loqui liceat, i. e. eos, qui ſacris aliquibus aliquos initiant, eſt* maximè perſpicuus. Haud enim volunt iſti per quædam vela divinos ordines, vel ipſorum proprietates ſuis familiaribus, *diſcipulisq,* tradere, ſed & ipſas facultates, & numeros, qui ſunt in ipſis, ab ipſis Diis moti *& impulſi* enunciant. Ille verò, qui per ſcientiam *res docet*, eximius, & *pro-*

μένον, ἀλλὰ καὶ λέγον. Ἐν Συμποσίῳ ἢ, περὶ τῆς τοῦ ἔρωτος ἑνώσεως. ἐν ἢ Πρωταγόρᾳ περὶ τῆς τῶν θνητῶν ζώων ἀπὸ θεῶν διακοσμήσεως, τὴν συμβολικὴν τρόπον καταπρύπτῃ τὸν περὶ τῶν θείων ἀλήθειαν, καὶ μέχρι ψιλῆς ἐνδείξεως ἐκφαύσῃ τὴν ἑαυτοῦ βούλησιν τοῖς γνησιωτάτοις τῶν ἀκουσίων.

Εἰ ἢ βούλῃ καὶ τῆς διὰ τῶν μαθημάτων διδασκαλίας μνησθῆναι, καὶ τῆς ἐκ τῶν ἠθικῶν, ἢ φυσικῶν λόγων περὶ τῶν θείων πραγματείας, οἷα πολλὰ μὲν, ἐν Τιμαίῳ πολλὰ ἢ ἐν Πολιτικῷ, πολλὰ ἢ ἐν ἄλλοις διαλόγοις ἐστὶ κατασπαρμένα θεωρεῖν, ἐνταῦθα δήπου σοι καὶ διὰ τῶν εἰκόνων τὰ θεῖα γνώσεσθε ἐφιεμένῳ, τρόπῳ ἴσως καταφανεῖ. Ἅπαντα γὰρ ταῦτα τὰς τῶν θείων ἀπεικονίζεται δυνάμεις. Ὁ μὲν Πολιτικὸς (εἰ τύχοι) τὴν ἐν οὐρανῷ δημιουργίαν. τὰ ἢ τῶν πέντε στοιχείων ἐν λόγοις γεωμετρικοῖς ἀποδεδομένα σχήματα, τὰς τῶν Θεῶν τὰ ὑπερβεβηκότων τοῖς μέρεσι πᾶσας, ἰδιότητας. αἱ ἢ τῆς ψυχικῆς οὐσίας διαιρέσεις, τὰς ὅλας τῶν Θεῶν διακοσμήσεις.

Ἐῶ γὰρ λέγειν ὅτι καὶ τὰς πολιτείας συνίστησιν, ἀπεικάζων τοῖς θείοις, καὶ τῷ παντὶ κόσμῳ, καὶ ταῖς ἐν αὐτῷ δυνάμεσι διακοσμεῖ. πάντα δὴ οὖν ταῦτα δι' ὁμοιότητος τῶν ἤδη πρὸς τὰ θεῖα τὰς ἐκείνων ἡμῖν προτέρους, ἢ τάξις, καὶ δημιουργίας ἐν εἰκόσιν ὑποδείκνυσιν. Οἱ μὲν οὖν τρόποι τῆς περὶ τὴν Πλάτωνι θεολογικῆς διδασκαλίας, τοιοῦδέ τινές εἰσι. * * * Δῆλον ἢ ἐκ τῶν εἰρημένων. ὅτι καὶ τὸν ἀριθμὸν εἶναι ποσούτους ἀναγκαῖον. οἱ μὲν γὰρ δι' ἐνδείξεως περὶ τῶν θείων λέγοντες, ἢ συμβολικῶς, καὶ μυθικῶς, ἢ δι' εἰκόνων λέγουσιν. οἱ ἢ ἀπερακαλύπτως τὰς ἑαυτῶν διανοήσεις ἀπαγγέλλοντες, οἱ μὲν, καθ' ὑπεροχήν, οἱ ἢ, κατὰ τὴν ἐκ θεῶν ὑπόπνοιαν τοιοῦτοι τοῦ λέγειν. Ἔστι ἢ ὁ μὲν διὰ τῶν συμβόλων τὰ θεῖα μυούμενος, ὀρφικὸς, καὶ ὅλως τοῖς τὰς μυθοποιίας γράφουσιν εἰκεῖος. ὁ ἢ διὰ τῶν εἰκόνων, πυθαγορικός.

Ἐοικὲ καὶ τοῖς πυθαγορείοις τὰ μαθήματα πρὸς τὴν τῶν θείων ἀνάμνησιν ἐξηύρασθαι, καὶ διὰ τούτων ὡς εἰκόνων ἐπ' ἐκεῖνα διαβαίνειν ἐπεχείρουν. καὶ γὰρ τοῦ ἀριθμοὺς ἀνεῖσαν τοῖς θεοῖς, καὶ τὰ σχήματα καθαπτῶς λέγουσιν οἱ τὰ ἐκείνων ἱστορεῖν σπουδάζοντες. Ὁ ἢ ἐνθουσιαστικὸς αὐτὴν καθ' ἑαυτὴν ἐκφαίνων τὴν περὶ θεῶν ἀλήθειαν, περὶ τοῖς ἀκροτάτοις τῶν τελετῶν μάλιστα καταφανής. Οὐ γὰρ ἀξιοῦσιν ὥσπερ διὰ δή τινων παραπετασμάτων τὰς θείας πέτρας, ἢ τὰς ἰδιότητας αὐτῶν τοῖς ἑαυτῶν γνωρίμοις ἀποδιδόναι· ἀλλὰ τὰς τε δυνάμεις, καὶ τοὺς ἀριθμοὺς τοὺς ἐν αὐτοῖς ὑπ' αὐτῶν κινούμενοι τῶν θεῶν ἐξαγγέλλουσιν. Ὁ ἢ αὖ

καὶ ἀπιθάνου, ἐξαίρετός ἐστι τῆς τοῦ Πλάτωνος Φιλοσοφίας. καὶ γὰρ τὴν ἐν τάξει προόδον τῶν θείων γενῶν καὶ τὴν πρὸς ἄλληλα διαφορὰν, καὶ τίς τε ἑκάστης τῶν ὅλων διακόσμων ἰδιότης, καὶ τίς ἐν ἑκάστοις διηρημένως, μόνος (ὡς ἐμοὶ δοκεῖ) τῶν ἡμῖν συνεγνωσμένων ὁ Πλάτων καὶ διελέσθαι, καὶ τάξαι κατὰ τρόπον ἐπεχείρησε. πῶς μὲν οὖν ἔσται καταφανὲς, ὅταν περὶ Παρμενίδου τὰς προηγουμένας ἀποδείξεις ποιησώμεθα, καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς πάντων διαιρέσεων. Νῦν δὲ λέγωμεν ὅτι καὶ τῶν μυθικῶν πλασμάτων οὐ πᾶσαν ὁ Πλάτων ἀποδέχεται τὴν δραματουργίαν, ἀλλ' ὅσην αὐτῆς τοῦ καλοῦ ἐφάπτεται, καὶ τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ πρὸς τὴν θείαν οὐσίαν ἐστὶν οὐκ ἀνάρμοστον. Ἔστι μὲν γὰρ ὁ τῆς μυθολογίας τρόπος ἀρχαῖος· οἱ ποιηταὶ πὶ θεῖα μιμούμενοι, καὶ πολλὰ παραπλάσματα τῆς ἀληθείας προβεβλημένος, καὶ τὴν φύσιν ἀπεικονιζόμενος, ἢ τῶν νοητῶν αἰσθητὰ, καὶ τῶν αὐλῶν εἴδωλα, καὶ τῶν ἀμερίστων μεριστὰ προπάντα πλάσματα· καὶ τῶν ἀληθινῶν εἴδωλα, καὶ ψευδῶς ὅπερ κατασκευάζει. Τῶν δέ γε παλαιῶν ποιητῶν τραγικώτερον σωφρονέστατος τοὺς περὶ τῶν θεῶν ἀπορρήτους θεολογίας ἐξεύρηκεν, καὶ διὰ πολὺ πλάνας θεῶν, καὶ πράξεις, καὶ πολέμους, καὶ παραγαμοὺς, καὶ ἁρπαγὰς, καὶ μοιχείας, καὶ πολλὰ ἄλλα τοιαῦτα σύμβολα ποιουμένων τῆς ἀποκεκρυμμένης παρ' αὐτῆς περὶ τῶν θείων ἀληθείας, τὸν μὲν ποιητικὸν τρόπον τῆς μυθολογίας ὁ Πλάτων ἀποσκευάζεται, καὶ πρὸς παιδείαν εἶναι φησὶ παντελῶς ἀλλοτριώτατον. πιθανώτερον δὲ, καὶ πρὸς ἀλήθειαν, καὶ φιλόζοφον ἕξιν οἰκειότερον πλάττων παρακελεύεται σοὶ περὶ θεῶν λόγους ἐν μύθων σχήμασι, πάντων μὲν ἀγαθῶν τὸ θεῖον αἰτιωμένους, κακοῦ δὲ οὐδενὸς, μεταβολῆς μὲν ἀπάσης ἄμοιρον. αὐτὸ δὲ τὸν ἑαυτοῦ τάξιν ἀτρεπτον διαφυλάττον, καὶ τῆς μὲν ἀληθείας ἐν ἑαυτῷ τὸν πηγαῖον περιειληφός. ἀπάτης δὲ οὐδεμιᾶς ἄλλοις αἴτιον γινόμενον. πιστὸς γὰρ ἡμῖν θεολογίας τύπος ὁ ἐν Πολιτείᾳ Σωκράτης ὑφηγήσατο. Παντὸς μέντοι τοῦ Πλάτωνος μύθου τὸν ἀληθῆ ἐν ἀπορρήτῳ φρικτουργίᾳ, οὐδὲ τὸν ἐκτὸς περιφαινομένῳ διασκευὴν ἀπαίδευτον ἔχοντα τῆς περὶ θεῶν ἀδιδάκτου, καὶ ἀδιαστρόφου ἐν ἡμῖν περιλήψεως. ἀλλ' ὅλα εἰκόνα φέρουσι κοσμικῆς συστάσεως, ἐν ᾗ καὶ τὸ φαινόμενον καλὸν θεσπέσιός ἐστι, καὶ πύρου θειότερον ἐν ταῖς ἀφανέσιν ἱδρυται ζωαῖς, καὶ δυνάμεσι τῶν θεῶν. Ἕνα μὲν οὖν τὸν τρόπον περὶ σοῦ τῶν θείων πραγμάτων μύθους ἐκ τοῦ φαινομένου περανόμου, καὶ ἀλογίστου, καὶ ἀπίστου, μεταγαγὼν εἰς τάξιν, καὶ ὅρον, καὶ τοῦ καλοῦ, καὶ

prius est Platonicæ Philosophiæ. Etenim ipsum in ordine progressum divinorum generum, & *eorum* inter se discrimen, & communes universorum ordinum, *& rerum universarum ordine distinctarum* proprietates, & in singulis divisas, solus (ut mihi videtur) eorum, qui nobis quoq; sunt noti, Plato & dividere, & in ordinem redigere *certa* ratione cœpit. Hoc autem erit perspicuum, quum Parmenidis primas demonstrationes faciemus, & omnium in eo *scriptarum* divisionum. Nunc verò dicamus etiam, quomodo Plato fabulosorum commentorum non omnem fabulosam-scriptionem admiserit: sed eam tantùm, quæ spectat honestum, & bonum, *& eam, quæ nos ad honesti, honiq; noticiam, & adeptionem deducit*, & quæ ad divinam hypostasin non est inconcinna, *nec essentiæ divinæ malè conveniens, nec abhorrens ab ea.* Fabularum enim dicendarum modus, qui *res* divinas per allegorias efficias, *& per obscuras dictiones* indicat, est antiquus, & multa vela veritati obiecta habet, & ipsam *rerum* naturam effingit, *& per imagines quasdam, & similitudines eam exprimit*, quæ *natura*, commenta, quæ-sensu-percipiuntur, anteponit iis, quæ-mente-cognoscuntur, & materiata immateriatis, & dividua individuis, & simulachra *rebus* veris, & quæ falsa sunt, confirmat, *& affirmat ut vera.* Antiquorum tamen Poetarum, qui de Diis arcanas Theologias componere volunt, ad tragicum dicendi genus propiùs accedentes, & qui propterea Deorum errores, & exectiones, & bella, & dilacerationes, & raptus, & adulteria, & multa alia huiusmodi signa faciunt veritatis de *rebus* divinis occultatæ ab ipsa *natura, & fabulosa dicendi ratione*, talem quidem profectò fabularum dicendarum modum Plato reiicit, & à doctrina, *honestaq; disciplina* prorsus alienissimum esse dicit. Probabiliorem verò & veritati, & Philosophico habitui convenientiorem *dicendi modum* fingens *formamq; nobis tradit, ad quem sequendum nos* adhortatur, de Diis verba *facientes* sub fabularum figuris, *quæ Platonis verba*, omnium quidem bonorum numen-divinum causam-appellant, mali verò nullius *causam, & autorem id esse dicunt*, mutationis quidem omnis expers, semper verò suum ordinem immotum constanter-servans, & quod veritatis quidem in se ipso *fit* fontem assumpsit, fraudis verò nullius aliis est causa. Tales enim Theologiæ typos, *formasq;* nobis Socrates in Repub. præcepit, *ubi de Reipub. administranda ratione præcepta tradit.* Omnes igitur Platonis fabulæ veritatem in arcano custodientes, nec extrinsecus quidem manifestè-apparentem apparatum habent discrepantem *atq; dissentientem* ab illa anticipatione, *primaq; animi notione*, quæ de Diis est in nobis, quę secundùm naturam neq; docetur, neque pervertitur. Sed *illud constat* quomodo *Platonis fabulæ quandam* imaginem ferant mundanæ constitutionis, *i. e. mundi compositionis, & fabricationis*, in qua inest & illa apparés, *& manifesta* pulchritudo Deo-conveniens. Et hac *pulchritudine, quæ mortalibus apparet, altera* divinior in occultis Deorum viris & potestatibus, *sive facultatibus* est collocata. Ac unum quidem hunc modum, qui pertinet ad fabulas de rebus divinis *traditas*, ex eo, quod videtur impium, & à-ratione-alienum, & inordinatum, *Plato* traduxit in ordinem, & *certum* terminum, & *in* illam compositionem, quæ spectat honestum, & bonum, *& quæ nos ut ad ipsum felicitatis scopum dirigit*,

atque

atq; deducit. Alterum verò *legimus*, quem in Phædro tradit, fabulas de Diis dictas censens ubique servandas, nullo modo commixtas cum physicis traditionibus, nec usquam confundendam, nec permutandam Theologiam, & physicam contemplationem, *ita ut alterum cum altero permisceatur & confundatur.* Vt enim ipsum divinum- numen exemptum-est ex universa natura, sic etiam profectò verba, *quæ fiunt* de Diis, ubique tractationis ad naturam spectantis pura esse decet, *vel, à physica tractatione convenit esse pura.* Nam (inquit) huiusmodi *tractationis permixta genus est* & laboriosum, & viri non admodum boni *opus*, naturales affectiones facere, *& statuere* finem obscuræ-dictionis fabularum. & (si res ita tulerit) & Chimæram & Gorgonem, & huiusmodi *commentorum* singula per sapientiam *quandam, vel potius per affectatam sapientiæ speciem, & inanem acuminis ostentationem*, cum naturalibus commentis commiscere, *ita, ut ex varia rerum fictarum commixtione quoddam corpus conflatum, id q; portentosum prodeat.* Hæc enim iam & ipse Socrates in illis accusans *& damnans*, fecit illos, qui Orithyã ludentem à vento Borea de rupibus deiectam dicunt, sub fabulæ figura *dicentes*, à Borea, propter amorẽ, illam, quæ mortalis erat raptam-fuisse. Oportet enim (ut arbitror) fabulosa dicta de Diis, semper habere sententias occultas, quæ sint augustiores *reb.* apparentibus. Quare quamvis etiam aliquæ Platonicæ fabulæ nobis argumenta physica, & circa res istas *terrestres* versantia proponant, illas *tamen fabulas* à Philosophi mente prorsus aberrare dicemus, & illas solas fabulas interpretes esse veritatis illius, *quæ est* in his *physicis argumentis, illas inquam fabulas*, quæ divinam, *& immaterialem*, & *ab omni materia, rebusq; corporeis* separatam hypostasin spectant, & hanc intuentes, faciunt & compositiones, & resolutiones fabularum per domesticas de *rebus* divinis anticipationes, *sive prænotiones, animique primas notiones* nobis insitas.

[*** *Nota, quod ille, qui de Diis dicit, vel symbolicè (i. e. per obscura signa,) loquitur, vel per similitudines, vel per divinum- afflatum, vel per- scientiam, quod etiam est Platoni familiare, de Diis per-scientiam loqui.*]

ἀγαθοῦ ἐχαζομένῳ σώζειν. Ἔπρεν ἦ, ἐν ἐρᾴδρῳ παραδίδωσιν, ἅμικτον ἀξιῶν φυλάτ-
τειν τὴν μυθολογίαν παντάχοθεν τὰς φυσικὰς ἀποδείξεις, καὶ μηδαμοῦ συμφέρειν, μηδὲ
ἐπιλλάττειν θεολογίαν, καὶ φυσικὴν θεωρίαν. ὡς γὰρ αὐτὸ τὸ θεῖον ἐξῄρηται τῆς ὅλης φύ-
σεως, οὕτω δήπου καὶ αὐτοὺς περὶ θεῶν λόγους καθαρεύειν πάντη προσήκει τῆς περὶ τὴν φύσιν
πραγματείας. τὸ γὰρ μιγνύειν ἔπεσθαι, καὶ οὐ πάνυ, φησὶν ἀνδρὸς ἀγαθοῦ, πλὴν παιδιᾶς
τῆς μύθων ὑπονοίας τὰ φυσικὰ παθήματα. καὶ τὴν τε Χίμαιραν (εἰ τύχοι) καὶ τὴν Γορ-
γόνα, καὶ τῶν μιγάδων ἕκαστον ὑπὸ σοφίας εἰς ταυτὸν ἄγειν φυσικῆς πλάσμασι. ζητεῖ γὰρ
δὴ καὶ ὁ Σωκράτης ἐν ἐκείνοις αἰτιώμενος, πεπίστευε δὴ τὴν Ὠρείθυιαν παίζουσαν ὑπὸ τοῦ πνεύματος Βορέου κατὰ τῶν πετρῶν ὠσθῆ-
ναι, ἐν μύθου σχήματι λέγεσθαι ὑπὸ τοῦ Βορέου, ὅτι ἔρωτα, φησὶν, ἔσχεν ἁρπάσαν. Δεῖ
γὰρ (οἶμαι) τὰ περὶ θεῶν μυθολογήματα, συμμετρίας ἀεὶ τῶν φαινομένων ἔχειν τὰς ἀποκε-
κρυμμένας ἐννοίας. ὥστε εἴ τινες τῶν παλαιῶν μύθων φυσικὰς ἡμῖν εἰσηγοῦντο τοῖς περὶ
τὰ τῇδε τρεφομένας ὑποθήκας, παντάπασιν αὐτοῦ τῆς τοῦ φιλοσόφου διανοίας ἀποπλανᾶ-
σθαι φήσομεν, καὶ μόνους ἐκείνους τῶν λόγων τῆς ἐν τύποις ἀληθείας ὑπάρχειν ἐξηγητάς,
ὅσοι τῆς θείας, καὶ ἀΰλου, καὶ χωρισθείσης ὑποστάσεως ἐχόμενοι, καὶ πρὸς τοῦτο βλέπον-
τες, τὰς τῶν σωμάτων μιγνύντας, καὶ τὰς ἀναλύσεις τῶν μύθων οἰκείας ταῖς περὶ τῶν θείων
ἐν ἡμῖν προλήψεσιν.

[*** Σημαίνειν ὡς ὁ περὶ θεῶν λέγων, ἢ συμβολικῶς λέγει, ἢ ἐνθουσιαστικῶς, ἢ ἐπιθεα-
στικῶς, ἢ ἐπιστημονικῶς, ὃ καὶ τῷ Πλάτωνι οἰκεῖον, τὸ ἐπιστημονικῶς λέγειν περὶ θεῶν.]

CAPVT V.

QVoniam igitur & istos omnes Platonicæ Theologiæ modos enumeravimus, & fabularum compositiones, & resolutiones, quales esse conveniat veritatis de Diis tradidimus, hoc igitur hîc circumscriptum-sit *& definitum maneat.* Post hæc verò spectemus, unde, & ex quibus præcipuè Dialogis putemus oportere Platonis decreta de Diis colligere, & quas formas spectando, & germana, & notha *Platonis scripta*, quæ ad ipsum referuntur, *eique tribuuntur*, diiudicare possimus. Per omnes igitur, (ut ita loquar) Platonicos Dialogos veritas de Diis pervadit, & per omnes sparsæ sunt sententiæ, per quosdam quidem, obscuriores, per quosdam verò, *clariores, & sanctiores, sententiæ inquam*, primæ Philosophiæ

Κεφάλαιον ε.

ΕΠεὶδὴ πάντως ἴστε τὸ σὺν τρόπῳ ἅπαν-
τας τῆς πλατωνικῆς θεολογίας διηρθμη-
σάμεθα, καὶ τὰς τῶν μύθων συνθέσεις τε καὶ
ἀναλύσεις ἐπίσης εἶναι προσήκειν τῆς περὶ θεῶν ἀ-
ληθείας παραδεδώκαμεν, πῶς οὖν αὖτις περιιχεάφθω. Σκεψώμεθα δὴ ποῦ ποτε, φαμὲν,
καὶ ἐκ ποίων μάλιστα διαλόγων ἠξιώμεθα χρῆναι
τὰ περὶ θεῶν δόγματα τοῦ Πλάτωνος αἱρεῖσθαι, καὶ πρὸς ποίους τύπους ἀποβλέποντες, τά τε γνή-
σια, καὶ τὰ νόθα τῶν εἰς αὐτὸν ἀναφερομένων κρί-
νειν δυνησόμεθα. Ἔστι μὲν οὖν διὰ πάντων (ὡς εἰ-
πεῖν) τῶν πλατωνικῶν διαλόγων ἡ περὶ θεῶν ἀ-
λήθεια διήκουσα, καὶ πᾶσιν ἐνίσταμένη, πῇ μὲν,
ἀμυδρότερα, πῇ δ', διαυγέστερα τῆς πρώτης

φιλοσοφίας νοήματα σεμνὰ, καὶ ἐναργῆ, καὶ ὑπερφυᾶ, καὶ πρὸς τὸν ἄϋλον, καὶ χωριστὸν οὐσίαν τῶν Θεῶν αἰτιώμεθα, οὗ καὶ ἐπωσοῦν αὐτῶν μεταλαχεῖν δυναμένους. καὶ ὥσπερ ἐν ἑκάστῃ μοίρᾳ τῆς πανὸς, καὶ φύσεως ἀγνώστου τῶν Θεῶν ὑπάρξεως ἰνδάλματα κατέθηκεν ὁ τῶν ἐν τῷ κόσμῳ πάντων δημιουργὸς, ἵνα πάντα πρὸς τὸ Θεῖον ἐπιστρεφῆ καὶ τῷ πρὸς αὐτὸ συγγενέσθαι, οὕτως εἰμὶ καὶ τὸν ἔνθεον τοῦ Πλάτωνος νοῦν, ἅπαντα τοῖς ἑαυτοῦ γνωρίμοις τὰς περὶ Θεῶν ἐννοίας ἐκφῆναι, καὶ μηδὲν ἄμοιρον ἀφεῖναι τῆς τοῦ Θείου μνήμης, ἵν' ἐκ πάντων αὐτὰ γνωσθῇ, καὶ τῶν ὅλων ἀναμνησιν παρέχεσθαι τοῖς γνησίοις ὑπάρχῃ τῶν Θείων ἐρασταῖς. Εἰ δὴ δεῖ σὺν μάλιστα τῷ περὶ Θεῶν μυσταγωγίαν ἡμῖν ἐκφάνασθαι τῶν πολλῶν προθῆναι Διαλόγων, οὐκ ἂν φθάνοιμι τὸν τε Φαίδωνα, καὶ τὸν Φαῖδρον διαλογιζόμενος, καὶ τὸ συμπόσιον, καὶ τὸν Φίληβον, τόν τε αὖ Σοφιστὴν, καὶ τὸν Πολιτικὸν μετὰ τούτων καταλέγων, καὶ Κρατύλον, καὶ Τίμαιον. ἅπαντες γὰρ οὗτοι τῆς ἐνθέου τοῦ Πλάτωνος ἐπιστήμης, ὡς ὅλων (ὡς ἔπος εἰπεῖν) ἑαυτῶν πλήρεις τυγχάνουσιν ὄντες. Διὰ τέλους ἂν ἔγωγε θείμην μετὰ τούτους, τόν τε ἐν Γοργίᾳ, καὶ τὸν πρωταγόρειον μῦθον, καὶ τὰ περὶ προνοίας Θεῶν ἐν νόμοις, καὶ ὅσα περὶ Μοιρῶν, ἢ τῆς μητρὸς τῶν Μοιρῶν, τὰ περὶ φορῶν τοῦ παντὸς ἐν τῇ δεκάτῃ τῆς Πολιτείας ἡμῖν παραδέδοται. Εἰ δὲ βούλῃ, καὶ τρίτῃ τάξει καὶ τὰς ἐπιστολὰς λάβῃ παρ' ὧν δυνατὸν ἐκ τῶν περὶ τῶν Θείων ἐπιστήμης ἀναπίμπλασθαι. καὶ γὰρ παρὰ τῶν τριῶν Βασιλέων ἐν τούτοις εἴρηται καὶ ἄλλα πάμπολλα δόγματα θεῖα τῆς παλαιωνικῆς ἐπέξιμεν θεωρίας. Δεῖ πάντως πρὸς ἕκαστα βλέποντας, ἑκάστων Διάκοσμον Θεῶν ἐν τούτοις ἀναζητεῖν, καὶ λαμβάνειν, ἐκ μὲν τοῦ Φιλήβου τὸ περὶ τοῦ ἑνὸς ἀγαθοῦ, καὶ τὰ περὶ τῶν δυεῖν ἀρχῶν τῶν πρώτων, καὶ τῆς ἐκ τούτων ἀναφανείσης ἐπιστήμης. Εὑρήσεις γὰρ ταῦτα πάντα Διακεκριμένως ὑπὸ τοῦ Πλάτωνος ἡμῖν παραδεδομένα. ἐκ δὲ τοῦ Τιμαίου, τὸ περὶ τῶν νοητῶν θεωρίας, καὶ τὸ περὶ τῆς δημιουργικῆς μονάδος ἔνθεον ὑφήγησιν, καὶ τὰ περὶ τῶν ἐγκοσμίων Θεῶν πληρεστάτην ἀλήθειαν. ἐκ δὲ Φαίδρου, τὰ τε νοητὰ πάντα καὶ νοερὰ γένη, καὶ τὰς ἁπλοῦς πάντων Θεῶν, ὅσαι περὶ κύκλους ὑπερίδρυνται τὰ ἀρχικὰ περιφοράς. ἐκ δὲ τοῦ Πολιτικοῦ τὸ περὶ τῆς συναγωγίας, καὶ τὰς νοερὰς αἰτίας αὐτῶν. ἐκ δὲ τοῦ Σοφιστοῦ, σύμπασαν τὴν ὑπὸ σελήνην γένεσιν, καὶ τὴν ἰδιότητα τῶν τούτοις κληρωσαμένων Θεῶν. περὶ δὲ αὖ τῶν καθ' ἕκαστα Θεῶν, πολλὰ μὲν ἐκ τοῦ Συμποσίου θησόμεθα ἱεροπρεπῆ νοήματα. πολλὰ δὲ ἐκ τοῦ Κρατύλου, πολλὰ δὲ ἐκ τοῦ Φαίδωνος. ἑκάστῳ γὰρ αὐτῶν πλείων, ἢ ἐλάττων γίνεται μνήμη τῶν Θείων ὀνομάτων, ἀφ' ὧν ῥᾴδιον τοῖς περὶ τὰ θεῖα γεγυμνασμένοις, τὰς ἰδιότητας αὐτῶν τῷ λογισμῷ περιλαμβάνειν. Δεῖ δὲ

graves,& perſpicuæ, & ſupranaturales, & quæ ad immateriatam, & *ab omni corpore* ſeparatam eſſentiam Deorum excitant eos, qui vel quomodocunq; poſſunt ipſorum eſſe-participes. Et quemadmodum in unaquaq; parte huius Vniverſitatis,& *in ipſa* natura ignotæ Deorum eſſentiæ ſimulachra collocavit Opifex ille rerum omnium, quæ ſunt in mundo, ut omnia ad ipsũ Deum convertantur, propter cognationem, *quam habent* cum ipſo, ſic arbitror & illam Platonis Deo-plenam, *& à divino numine affiatam* mentem cum omnibus ſuis fœtibus, *id eſt, libris à ſe compoſitis*, de Diis ſententias contexuiſſe, *& contextas in lucem edidiſſe*, & nihil *in ipſis* reliquiſſe expers memoriæ, *mentionisq;* numinis divini, ut ex omnibus *hæc* elici, & *rerum* univerſarum recordatio parari, *& ſuppeditari* poſſet germanis, *veriſq; rerum* divinarum amatoribus. Si verò oportet præcipuè Dialogos illos, qui de Diis myſtagogiam, *arcanamq; doctrinam* nobis declarant, multis *aliis* anteponere, non peccarim, ſi ſtatim in hoc numero poſuerim & ipſum Phædonem, & Phędrum, & Convivium, & Philebum, & ſi præterea Sophiſtam, & Politicum unâ cum iſtis recenſuerim, & Cratylum, & Timæum. Omnes enim iſti *Dialogi* divinæ Platonis ſcientiæ, per univerſum (ut ita loquar) ſuum corpus ſunt pleni. Poſt hos verò ego ſaltem ſtatuerim ſecundos, & illam fabulam, quæ eſt in Gorgia, & illam Protagoream, & ea, quæ de Providentia Deorum in Legibus *diſcuntur*, & quæcunque de Parcis, aut de matre Parcarum, vel de huius univerſi circumlationibus, *ſive circumvectionibus* in decimo de Repub, nobis tradita-ſunt. Si verò vis, tertio loco pone & ipſas epiſtolas *illorum virorum*, à quibus ad ſcientiam de *rebus* divinis *Lectores* amandari poſſunt. Etenim à tribus Regibus in his dicta-ſunt & alia permulta decreta divina, *quæ ſunt* Platonica contemplatione digna. Oportet igitur *nos* ad hæc ſpectantes, unumquemque ordinem Deorum in his inquirere, & ſumere, ex Philebo quidem, de uno bono, & de duobus principiis primis, & trinitatis ex iſtis exortæ ſcientiam. Invenies enim hæc omnia diſtinctè nobis à Platone tradita. Ex Timæo verò, contemplationem de *rebus* mente-perceptis, & divinam enarrationem de Vnitate *rerum* opifice, & de mundanorum Deorum, *qui in hoc mundo verſantur*, pleniſſimam veritatem. Ex Phædro verò, & omnia genera, quæ-mente-percipiuntur, & quæ-in-intelligentia-verſantur, *quæ vulgò vocantur intellectualia*, & abſolutos, *nulliq; poteſtati ſubiectos: at liberos & perfectos*, Deorum ordines, qui proximè collocati ſunt-ſupra cœleſtes circumlationes, *i.e. ſupra cœleſtes orbes, qui circumferuntur*. Ex Politico verò, & illud *pulcherrimum Dei* opificiũ in cœlo, & excellentes circuitus huius univerſi, & intellectuales ipſorum cauſas, *quæ ſola intelligentia percipiuntur*. Ex Sophiſta verò, univerſum ſub Luna *rerum creatarum* ortum, & Deorum hunc *ortum* ſortitorum proprietatem. De ſingulis verò Diis, multas quidem ex Convivio capiemus ſanctimoniæ convenientes, *ſanctaq;* ſententias; multas etiam ex Cratylo, multas etiam ex Phædone. In horũ enim *Dialogorum* unoquoque maior, vel minor fit mentio divinorum nominum, unde facilè eſt illis, qui ſunt in *rebus* divinis exercitati, proprietates ipſorum *Deorum, & ordinum, in quibus Dii ſunt collocati*, cogitatione, *mentiq; conſideratione* complecti, *comprehendere, cognoſcere*. Oportet au-

tet autem ſingula decreta demonſtrare conſentientia *eſſe, i. e. conſentire*, cum Platonicis principiis, & Theologorum myſticis *arcaniſq́;* traditionibus. Omnis enim Theologia apud Græcos *recepta*, eſt Orphicæ myſtagogiæ progenies. Nam Pythagoras quidem, primus ab Aglaophemo de Diis orgia, *ſacráque, quibus Dii colendi eſſent*, didicit. Plato verò, ſecundus *finis, qui* ſuſcepit perfectam horum ſcientiam & ex Pythagoreis, & Orphicis ſcriptis. Nam in Philebo quidem, contemplationem de duobus principiorum generibus ad Pythagoreos referens, ipſos cum Diis habitantes, & verè beatos vocat. Multas etiam profectò de *rebus* iſtis ſententias, & admirandas, ille Philolaus Pythagoreus nobis conſcripſit & communem illorum *Deorum* in Entia progreſſum, & diſtinctam *rerum* fabricam celebrans. In Timæo, de Diis ſub Luna *collocatis, & degentibus*, & de ordine, *qui eſt* inter ipſos, *nos* docere conans, ad Theologos confugit, eoſque vocat Deorum filios, & patres facit veritatis de ipſis *Diis traditæ*, & finem, ſecundùm illum intellectualium Regum, *qui ſola mentis intelligentia percipi, cognoſciq́; poſſunt*, apud ipſos progreſſum, & Deorum ſub Luna *collocationum, & degentium* ordines ab univerſitate rerum procedentes tradit. Et rurſus in Cratylo *verba facit* de divinorum ordinum ratione, *& loco*. In Gorgia verò, *docet*, Homerum *in ſuis ſcriptis autorem fuiſſe* Demiurgicorum triadicæ hypoſtaſeos, *i. e. ſcribendi materiam præbuiſſe illis, qui de Triadis, ſive Trinitatis hypoſtaſi, vel eſſentia ſcripſerunt, & qui huius opinionis opifices, ac autores fuerunt*. Vbique verò, (ut rem totam paucis comprehenſam expediamus) ſequens Theologorum principia, de Diis verba facit, ex fabularum quidem dictione, *ſuáque rerum fabuleſarum enarratione*, tragicum *dicendi genus* tollens, argumenta verò prima cum ipſis *Theologorum principiis* communia faciens, *atq́; ſtatuens*.

CAPVT VI.

FOrtaſſe verò quis nobis hæc *ita* diſponentibus *& in hunc ordinem digerentibus*, occurret, dicens, quòd non rectè diſperſam, ubiquè Platonicam Theologiam demonſtremus, & alia quidem, ex aliis, alia verò, ex aliis Dialogis coacervare conemur, quaſi ſimul multa in unam commixtionem cogere ſtudeamus, non omnia ex uno, & eodem fonte fluentia *colligentes*. Si verò ſic *ſe res* haberet, alia quidem dogmata, *ſive decreta*, ad alias Platonis tractationes referre poſſemus. Quæ verò de Diis *traduntur*, nullo-modo præcedentem haberent doctrinam, nec in aliquo loco ponerentur, qui divina genera perfecta, & integra produceret, & cum mutua eorũ inter ſe collocatione *conſtitueret*. Sed enim ſimiles-ſumus iis, qui Totum, *vel rerum univerſitatem* ex partibus conflare conantur, propter inopiam Totius, *vel integritatis, vel rerum univerſitatis, quæ ſit* ante partes, & ex imperfectis perfectum contexere *videmur*, cum oporteat id, quod eſt imperfectum, primam ortus ſui cauſam in eo, quod eſt perfectum *ſitam* habere. Nam Timæus quidẽ (ſi fortè ſit opus) docebit contemplationẽ de generib. mẽte-perceptis. Phędrus verò primas intellectuales diſpoſitiones in ordine *poſitus* tradere manifeſtè videbitur.

Κεφάλαιον ς'.

ΕΠεσας δ' ἂν τις ἡμῖν τῶν Δαπτομένοις ἀπαντήσαι, λέγων ὡς οὐκ ἐρθῶς διεσπαρμένην παντάχοθεν τὴν πλατωνικὴν θεολογίαν δοκοφαίνομεν, καὶ τὰ μὲν, ἐξ ἄλλων, τὰ δ', ἐξ ἄλλων Δαλόγων ἀθροίζειν ἐπιχειροῦμεν, ὡσπερ ἅμα τὰ πολλὰ συνάγειν εἰς μίαν σύγκρασιν σπουδάζοντες, οὐκ ἐκ μιᾶς ὁρμώμενα πηγῆς, καὶ τῆς αὐτῆς πηγῆς. εἰ γὰρ ἔτως ἔτυχε, τὰ μὲν ἄλλα δόγματα εἰς τὰς ἄλλας ἀναφέρειν ἔξομεν· ὁ δὲ Πλάτωνος παραμαθὼν, τὰ δὲ θεῖα θεῶν, εὐδαιμόνως ἡγημένων ἔξειν διδασκαλίαν, οὐδὲ ἂν ἕνα παρθήσῃ χώραν παντελῆ, καὶ ὁλοκληρα τὰ θεία γένη παράγων, καὶ μὴ τῆς εἰς ἄλληλα συντάξεως. ἀλλὰ γὰρ ἐοίκαμεν πᾶσι τὸ ὅλον ἐκ τῶν μερῶν κατασκευάζειν ἐπιχειρῆσι, διὰ ἀπορίαν τῆς εἰς τὸ τῶν μερῶν ὁλότητος καὶ τὰ ἁπλᾶν τὸ πλῆθον παυφαίνειν, δέον ἐν τῷ ἀπλοῦν τὸ ἀπλοῦς τῷ πρωτίστῳ αἰτίαν ἔχειν τῆς αὐτοῦ ὑφέσεως. Ὁ μὲν γὰρ Τίμαιος ἡμᾶς (εἰ τύχοι) διδάξει τὰ περὶ τὴν τῶν ἡμῶν θεωρίαν. Ὁ δὲ Φαῖδρος τὰς πρώτας νοερὰς διακοσμήσεις ἐν τάξει παραδίδους ἀναφα-

νεστ). πῶς δὲ ἡ τῶν νοερῶν πρὸς τὰ νοητὰ σύνταξις; καὶ τίς ἡ τῶν δεύτερων ἀπὸ τῶν πρώτων γένεσις; καὶ ὅλως πῶς ἀπὸ τῆς μιᾶς τῶν πάντων ἀρχῆς, εἰς τὸ πλῆθος τῶν ἐγκοσμίων θεῶν, ἡ πρόοδος γέγονε τῶν θείων διακοσμήσεων, καὶ πῶς συμπεπλήρωται τὰ μέσα τούτοις ἴδια, καὶ τοῦ πανπλούτου ἀριθμοῦ ταῖς τῶν θεῶν ἀποτελεστικαῖς, καὶ τῇ ὁμοφυΐ, καὶ ἀδιαιρέτῳ ὑπάρξει τῶν ὅλων, εἰπεῖν οὐκ ἔχομεν. Καὶ τί τὸ σημεῖον ἔσται (φαῖεν ἂν οἱ ταῦτα λέγοντες) τῆς παρ' ὑμῖν θρυλουμένης περὶ τῶν θείων ἐπιστήμης; καὶ γὰρ ταῦτα τὰ πολλαχόθεν ἀθροιζόμενα δόγματα, πλατωνικὰ προσονομάζειν ἔστιν, ἐξ ἀλλοτρίων (ὡς φασὶ) ὀνομάτων εἰς τὴν τοῦ Πλάτωνος αἱρεθέντα φιλοσοφίαν, καὶ μίαν ὅλως περὶ τῶν θείων ἀλήθειαν δεικνύναι παρ' ὑμῖν οὐκ ἔξεστι. καί τι φαῖεν ἂν ἴσως καὶ σὺ τοῦ Πλάτωνος νεώτερος, ἐν καὶ πλέον εἰδὼς θεολογίας ἐν ταῖς ἑαυτῶν συνουσιάσταις παραδίδοναι συγγραφαῖς πῆς ἑαυτῶν κατηχήσεις. Ὑμεῖς δ' ἄρα οὐκ μὴν τοῦ Τιμαίου τὴν ἄλλην περὶ τῆς φύσεως θεωρίαν μεγάλην δυνήσεσθε. οὐκ δὲ τῆς Πολιτείας, ἢ τῶν νόμων, τὰ περὶ τῶν ἠθῶν κάλλιστα δόγματα πρὸς ἓν φιλοσοφίας εἶδος συναπτόμενα. μόνην δ' ἄρα τὴν Πλάτωνος πραγματείαν, ἢ καὶ τῆς πρώτης φιλοσοφίας ἀφ' ἧς (ὃ δὴ κεφάλαιον ἂν τις εἴποι τῆς συμπάσης θεωρίας) ἀπολιπόντας τῆς πλειστότητος ὑμᾶς ἀφαιρήσεται τῶν ὄντων γνώσεως, εἰ μὴ λίαν ἐνθουσιαστικῶς ἀπὸ τῶν μυθικῶν πλασμάτων θέλειτε καλλωπίζεσθαι, πολλοῦ δ' εἰκότος αἰσθήσεσθε τῆς πιθανότητος ἀναλύσεως. καί τι καὶ τούτων ἐπιεικῶς ἐν τοῖς παλαιοτικοῖς διαλόγοις ἔχόντων, εἶεν ἐν Πρωταγόρᾳ, τῆς πολιτικῆς ἕνεκα, καὶ τῶν περὶ αὐτῆς ἀποδείξεων. ἐν δὲ Πολιτείᾳ, δικαιοσύνης. ἐν δὲ Γοργίᾳ, τῆς σωφροσύνης. Οὐ γὰρ αὐτῶν, ἀλλὰ τῶν προηγουμένων ἕνεκα σκοπῶν, συμπλέκει τοὺς μυθολογίας ὁ Πλάτων ταῖς τῶν ἠθικῶν δογμάτων ζητήσεσιν, ἵνα μὴ μόνον τὸ νοερὸν τῆς ψυχῆς διὰ τῶν ἀγωνιστικῶν λόγων γυμνάζωμεν, ἀλλὰ καὶ τὸ θεῖον τῆς ψυχῆς τῇ πρὸς τὰ μυστικώτερα συμπαθείᾳ πλειόνων αἰσθανόμεθα τῆς τῶν ὄντων γνώσεως. οὐκ μὴν γὰρ τῶν ἄλλων λόγων ἀναγκαζομένοις ἐοίκαμεν εἰς τὴν τῆς ἀληθείας παραδεχεῖν. οὐκ δὲ τῶν μύθων, ἀῤῥήτως πάσχομεν, καὶ τὴν ἀδιαιρέτους ἕνωσίν προβαλλόμεθα, τὸ ἐν αὐτοῖς μυστικὸν σέβοντες.

Ὅθεν οἶμαι καὶ ὁ Τίμαιος εἰκότως ἀξιοῖ τῆς μυθοπλάστης ὡς πᾶσι ἑπομένους, τὰ θεῖα γένη προάγειν, ἀπὸ τῶν πρώτων ἀεὶ τὰ δεύτερα γεννῶντας, εἰ καὶ ἄνευ ἀποδείξεως λέγοιεν.

Vbi verò erit intellectualium cum mente-perceptis, *collatorum series*, & ordo? Et quis *erit* ſecundorum ex primis ortus? Deniq; quonam modo ab uno *rerum* omniũ principio ad multitudinem Deorum in-mundo-verſantium progreſſus fuerit-factus divinorum ordinum, & quomodo completa-fuerint media & ipſius unius, & perfecti numeri, ipſis Deorũ procreationibus, ſecundum eâdem, naturâ-præditam, & individuam *rerum* univerſarum hypoſtaſin, dicere non poterimus. Quænã verò maieſtas *erit* præterea (dicent, qui hæc dicunt,) illius apud vos celebratæ de *rebus* divinis ſcientię? Hęc enim ex multis-locis collecta dogmata, Platonica appellare abſurdum *eſt*, quod ex alienis (ut aitis) nominibus ad Platonis Philoſophiam ſint reducta, & unam univerſam de *rebus* divinis veritatem apud vos *ſitam* demonſtrare non poteritis. Atqui fortaſſe dicẽt, & illos Platone recentiores, unam & perfectam Theologię formam in ſuis ſcriptis contextam tradere ſuis obſequẽtibus-auditoribus. Vos verò profectò ex Timæo quidem, univerſam de natura contemplationem *ſumptam* producere poteritis. Ex Republica verò, vel *ex* Legibus, pulcherrima de moribus dogmata ad unam Philoſophiæ ſpeciem ſpectantia *ſumetis*: ſolam verò profectò Platonis tractationem, quæ omne primæ Philoſophiæ bonum *continet*. (quod ſane quis univerſæ cõtemplationis caput appellare poſſet) deſerentes perfectiſſima Entium cognitione vos privabit *hac tractandi ratio Platonica contraria*, niſi nimis ſimpliciter, & *fatuè*, propter fabuloſa commenta gloriari velitis, cùm huiuſmodi *fabuloſorum commentorum* reſolutio ſit-plena multarum veriſimilium-rationum, *i. e. cum iſta fabuloſa commenta, multis & veriſimilibus rationibus facile reſolvi, refelliq; poſſint.* Quanquam & hæc ipſa traditionem epiſodiis-ſimilem, *adventicium, extra propoſitum argumentum aſſumptam, & cum eo minimè cohærentem*, habent in Platonicis Dialogis, ut in Protagora. *Nam* civilis diſciplinæ causâ, & demonſtrationum *gratiâ*; quæ de ea *proferuntur, huiuſmodi fabuloſa commenta illic inſeruntur.* In Republicâ verò, Iuſticiæ *causâ hæc aſſeruntur.* In Gorgia verò, temperantiæ *docendæ gratia dicuntur.* Non enim ipſorum *epiſodiorum*, ſed præcedentium ſcoporum causâ, Plato fabuloſas-narrationes cum moralium dogmatum quæſtionibus connectit, ut non ſolùm intellectualem animæ *partem* concertatoriis ſermonibus exerceamus: ſed etiam ut divina animæ *pars* propter ſympathiam, *i. e. propter naturæ cognationem, & conſenſum*, cum rebus arcanis ipſam Entium cognitionem perfectiùs apprehendat. Nam per alias quidem dicendi-formas, ſimiles-videmur illis, qui ad veritatis receptionem coguntur, *i. e. ad veritatem recipiendam per vim compelluntur.* Per fabulas verò, *quas audimus aut legimus*, ineffabili-modo afficimur, & minimè perverſas mentes obiicimus: *ſed & aures, & mentes fabulis audiendis attentas præbemus*, arcanam-doctrinam in ipſis *reconditam* venerantes.

Vnde (ut arbitror) & ipſe Timæus meritò cenſet *nos*, quum fabularum fictores, & *autores* ſequimur, ut Deorum filios divina genera producere, ex primis ſecunda ſemper generantes, quamvis *illi, qui fabulas dicunt, has* ſine demonſtratione dicant.

Huiuſ-

Huiusmodi enim dicendi genus non *est* demonstrativum, *quia nullam per minimè dubias rationes, & argumenta, demonstrandi vim habet*: sed à-divini-numinis-afflatu-manans. Haud enim propter necessitatem, sed Suadæ causâ, *rerú facilius suadendæ, atq; persuadendæ gratiâ*, ab antiquis est-excogitatum, neq; nudam disciplinâ, sed sympathiam, *naturaq; cognationem, & consensum* cum ipsis rebus spectat, *eoq; nos dirigit, ac deducit*. Si verò non solùm fabularum: sed etiam aliorum theologicorum dogmatum causas spectare velitis, comperietis, *alia quidem* fabulosarum, alia verò naturalium considerationum causâ, Platonicis Dialogis aspersa. Nam in Philebo quidem, & de infinito, & fine, voluptatis causâ, & vitæ secundùm mentem, verba fecit.

Alia enim aliorum genera *esse* puto. Perspicuum autem *est*, utra *sint* utrorum *genera*. In Timæo, de Diis, qui-mente-percipiûtur, *eaque sola cognoscuntur, hoc fabulosum dicendi genus*, propter propositam physiologiam, *quæ naturæ rationes explicat*, assumptum est. Quamobrem etiam ubique similitudines ex exemplis *allatis sumptas* cognoscere necesse *est*. Exempla verò *sunt formæ* immateriatæ, materiatarum, illæ, quæ-mente-percipiuntur, illarum, quæ-sensu sentiuntur, illæ, quæ, *ab omni materia* separatæ sunt naturalium formarum *exempla sunt*. In Phædro verò, & supracœlestem locum celebrat, & subcœlestem profunditatem, & quidquid sub hoc genus *cadit*, amatoriæ insaniæ causâ, & *propter* modum recordationis animarum, & *propter* iter, *quod animæ faciunt* hinc in illa *loca, quæ petunt*. Vbique verò (ut ita loquar) præcedens quidem, *& primarius* finis, est naturalis, vel civilis.

Sententiæ verò de *rebus* divinis, propter illarum inventionem, aut perfectionem, proponuntur. Quomodo igitur amplius huiusmodi contemplatio apud vos veneranda, & superans naturam, *& adeò excellens* erit, & digna, quæ cæterarum omnium rerum studio anteponatur, cùm neque quod est universum, in se demonstrare possit, neque quod est perfectum, neque quod est antecedens, *ac principale, vel præcipuum*, in Platonis tractatione: sed his omnibus careat, & violenter, non autem suâ-naturâ, neque germanum: sed adventitium locum, ut in fabula possideat? Quæ igitur quis ægrè-ferat, ob res *à nobis* propositas, quædam huiusmodi sunt.

Οὐ γὰρ ἀποδεικτικὸν τὸ τοιοῦτον εἶδος τῶν λόγων, ἀλλ' ἐνθουσιαστικόν. Οὐ γὰρ ἀνάγκης, ἀλλὰ πιθοῦς ἕνεκα τῆς παλαιοῖς μεμηχανήμενον, οὐδὲ μαθήσεως φίλης, ἀλλὰ τῆς πρὸς τὰ πράγματα συμπαθείας ἐφαπτόμενον. Εἰ δὲ μὴ τῶν μύθων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων θεολογικῶν δογμάτων τὰς αἰτίας ἐθέλοιτε σκοπεῖν, εὑρήσετε μυθικῶν ἕνεκα, τὰ δὲ φυσικῶν σκεμμάτων τῆς παλαιωνικοῖς παρεσπαρμένα διαλόγοις. Ἐν Φιλήβῳ μὲν δὴ περί τε ἀπείρου, καὶ πέρατος, τῆς ἡδονῆς ἕνεκα, καὶ δὴ καὶ τὸν νοῦν βίου ποιούμενος τὸν λόγον.

Γένη γὰρ οἶμαι τὰ ἕτερα τῶν ἑτέρων. δῆλον δὴ τὰ ποτέρα ποτέρων. Ἐν Τιμαίῳ τὰ περὶ τῶν νοητῶν Θεῶν τῆς πραγματείας ἕνεκα φυσιολογίας, παρείληπται. Διὸ δὴ καὶ δεῖ τὰς εἰκόνας ἀπὸ τῶν παραδειγμάτων γινώσκειν ἀναγκαῖον, παραδείγματα δὲ, τὰ ἄυλα, τῶν ἐνύλων, τὰ νοητὰ τῶν αἰσθητῶν, τὰ χωριστὰ, τῶν φυσικῶν εἰδῶν. Ἐν δὲ αὖ τῷ Φαίδρῳ, τόν τε ὑπερουράνιον τόπον αἰνιττόμενος καὶ τὸν ὑπερουράνιον βαθὺν, καὶ καὶ τὸ ὑπὸ πῦρ ῥέον, τῆς ἐρωτικῆς ἕνεκα μανίας, καὶ τὸν τρόπον τῆς ἀναμνήσεως τῶν ψυχῶν, καὶ τῆς ἐπιθυμίαν ἐπ' ἐκεῖνα πορείας. πανταχοῦ δ' (ὡς εἰπεῖν) τὸ μὲν προηγούμενον πολὺ, ἐστὶ φυσικὸν, ἢ πολιτικόν.

Τὰ δὲ περὶ τῶν θείων νοήματα, τῆς ἐκείνων ὑφέσεως, ἢ πλανώσεως ἕνεκα προτίνεται. πῶς οὖν ἔτι παρ' ὑμῖν ἡ τοιαύτη θεωρία, σεμνὴ καὶ ὑπερφυὴς ἔσται, καὶ παντὸς μᾶλλον ἀξία σπουδάζεσθαι, μήτε τὸ ὅλον ἐν ἑαυτῇ δίκαιον ἔχουσα, μήτε τὸ τέλειον, μήτε τὸ προηγούμενον, ἐν τῇ πραγματείᾳ τοῦ Πλάτωνος, ἀλλὰ πάντων τούτων ἀπολειπομένη, καὶ βιαίως, ἀλλ' οὐκ αὐτοφυῶς, οὐδὲ γνησίαν, ἀλλ' ἐπισιώδη τὴν πέξιν ὥσπερ ἐν δράματι κεκτημένη; ἃ μὲν ἂν δυσχεράνειεν αἵρεσις ὅτι τῶν προκειμένων, τοιαῦτα ἄττα ἐστίν.

CAPVT VII.

EGO verò ad huiusmodi occupationem, *quam vulgus obiectionem appellat*, iustam, *veram* & perspicuam responsionem subiiciam, & Platonem ubique de Diis sermones, sequentem antiquos rumores, & ipsam rerum naturam, persequi dicam. Et interdum quidem, propter ipsam causam *rerum* propositarum, *eos* ad ipsa dogmatum principia reducere, & inde tanquam ex specula contemplari *rei* propositæ naturam. Interdum verò, & primarium finem ponere, *atq; statuere* theologicâ scientiâ.

Κεφάλαιον ζ'

ΕΓΩ δὴ πρὸς μὲν τὴν τοιαύτην ἀπαίτησιν, δικαίαν ποιήσομαι καὶ σαφῆ τὴν ἀπόκρισιν. καὶ τὸν Πλάτωνα παντάχοῦ μὲν οὖν περὶ Θεῶν λόγους ἐποιοῦντα τοῖς παλαιοῖς φήμαις, καὶ τῇ Φύσει τῶν πραγμάτων, μιμούμενα φήσω. καὶ ποτὲ μὲν, τῆς αἰτίας ἕνεκα τῶν προκειμένων, ἐπὶ τὰς ἀρχὰς τῶν δογμάτων ἀνάγειν αὐτὸν, κἀκεῖθεν ὥσπερ ἀπὸ σκοπιᾶς κατανοεῖν τὴν τοῦ προκειμένου Φύσιν. ποτὲ δὲ καὶ προηγούμενον πέλος τιθέναι τὴν θεολογικὴν ἐπιστήμην.

καὶ γὰρ ἐν Φαίδρῳ περὶ τοῦ καλλους, καὶ τῆς ἐκεῖθεν εἰς πάντα διηκούσης τῶν καλῶν μεταδόσεως. καὶ ἐν Συμποσίῳ, περὶ τῆς ἐρωτικῆς τάξεως ἡ πραγματεία. Εἰ δὴ δεῖ τὸ παντελὲς, καὶ ὅλον, καὶ συνεχὲς ἄνωθεν ἄχρι τέλους συμπαρεῖναι τὸν ἀριθμὸν τῆς θεολογίας, ἐν ἑνὶ πλατωνικῷ διαλόγῳ σκοπεῖν, παράδοξον μὲν ἴσως ἴσως ἁπᾶσιν, καὶ πᾶσι ἐκ τῆς ἡμετέρας ἑστίας μόνοις τὰ λεχθησόμενα, καταφανές. Τολμητέον δὴ οὖν ὅμως, ἐπείπερ ἠρξάμεθα τῶν τοιούτων λόγων, καὶ ῥητέον πρὸς οὓς ζητοῦμεν λέγοντας, ὡς ὁ Παρμενίδης, ὃν ποθεῖτε, καὶ τὰ μυστικὰ τοῦ διαλόγου τοῦδε νοήματα φαντάζεσθαι. πάντα γὰρ ἐν τούτῳ τὰ θεῖα χθὲς καὶ πρώην ἐκ τῆς πρώτης αἰτίας ἐν τάξει, καὶ τὸν πρὸς ἄλληλα συνάρτησιν διδάσκουσι. καὶ τὰ μὲν ἀκρότατα, καὶ τῷ ἑνὶ συμφυέστατα, καὶ πρωτουργὰ, τὰ ἑνιαῖον, καὶ ἁπλοῦν, καὶ κρύφιον ἔλαχε τῆς ὑπάρξεως εἶδος. τὰ δὲ ἔσχατα πληθύνεται καταμερμαΐζόμενα, καὶ τῷ μὲν ἀριθμῷ πλεονάζει, τῇ δὲ δυνάμει, τῶν ὑπερτέρων ἐλαττοῦται. τὰ δὲ μέσα, καὶ τὸν πρόσθεν λόγον, συνθετώτερα μὲν ἐστὶ τῶν αἰτίων, ἁπλούστερα δὲ τῶν οἰκείων γεννημάτων, καὶ πάντα (ὡς συνελόντι φάναι) τῆς θεολογικῆς ἐπιστήμης ἀξιώματα πλέως ἐν τοῦδε καταφαίνεται, καὶ τὰ θεῖα διακοσμοῦσι πάντες συνεχῶς ὑφισάμενοι δείκνυνται, καὶ οὐδέν ἄλλο ἐστὶν, ἢ θεῶν γένεσις ὑμνημένη, καὶ τῶν ὁπωσοῦν ὄντων ἀπὸ τῆς ἀῤῥήτου, καὶ ἀγνώστου τῶν ὅλων αἰτίας. Τό, τε οὖν καὶ ὅλον, καὶ πλῆθος τῆς θεολογικῆς ἐπιστήμης φῶς ὁ Παρμενίδης ἀνάπτει τοῖς περὶ Πλάτωνα ἐρασταῖς.

Καὶ μὴν τοῦτον οἱ προκειμένοι διάλογοι μέρη καταπεπαίδευνται τῆς περὶ θεῶν μυσταγωγίας, καὶ πάντες (ὡς ἔπος εἰπεῖν) τῆς ἐνθέου ζοφίας μετειλήφασι, καὶ τὰς αὐτοφυεῖς ἡμῶν ἐννοίας περὶ τὸ θεῖον ἀνεζωπύρωσι. Καὶ δεῖ τὸ μὲν ὅλον πλῆθος εἰς οὖν προκειμένους ἀναφέρειν διαλόγους, οὖν δὲ αὖ πάλιν εἰς τὸν μίαν, καὶ παντελῆ τοῦ Παρμενίδου θεωρίαν συνάγειν. Οὕτω γὰρ (οἶμαι) τὰ τε ἀπλέστερα τῶν πλέονων, καὶ τὰ μέρη τῶν ὅλων ἐξαφοῦμεν, καὶ τοῖς πράγμασιν ἐοικότας ἀποφαινοῦμεν οὖν λόγους, οὓς εἰσὶν ἐξηγηταὶ καὶ τὸν παρὰ Πλάτωνι Τίμαιον. Πρὸς μὲν οὖν τοῦτο (ὅπερ ἔφαμεν) τὴν ἀπαίτησιν, παιδὶ παιτόμεθα τὴν ἀπόκρισιν, καὶ τὴν πλατωνικὴν θεωρίαν εἰς ἕνα τὸν Παρμενίδειον ἀναπέμψομεν.

Ὅσοις δὴ τὴν περὶ φύσεως ἐπιστήμην σύμπασαν ὁ Τίμαιος περιέχειν ἀπὸ πάντων ὁμολογοῦσι τὰ σμικρὰ σωρεύειν δυναμένων.

Etenim in Phædro, de pulchritudine, quæ mente percipitur, & de *rerum* pulcharum communione, quæ *manans* illinc in omnia penetrat, *& per omnia pervadit, verba fiunt*. Et in Convivio, de amatorio ordine tractatio *instituitur*. Si verò oportet *rem* perfectam, & universam, & continuam à principio usque ad totum, *& integrum* Theologiæ numerum in unico Platonico Dialogo spectare, *hoc* fortasse paradoxum quidem, *& ab omnium opinione remotum, & admirabile* dictu *videbitur*, & quod *à nobis* dicetur, illis solis, *qui sunt* ex nostra domo, *nostri, & domestici & familiares tantùm erit* manifestum. Audendum tamen *est*, quandoquidem talia verba facere cœpimus, & dicendum contra illos, qui hæc dicunt, Parmenidem, quem desideratis, & mysticas, *& arcanas* huius Dialogi notiones in phantasia, *& rerum animo insidentium imagine quadam, & specie, quam animus concepit*, versari. Omnia enim in isto *Dialogo* divina genera, & ex prima causa ordine procedunt, & mutuam inter se connexionē demonstrant, *& apertè docent, quomodo alia ex aliis perpetuo quodam nexu pendeant*, & summa quidem, & Vni cognata, & primaria, unicam *& eandem*, & simplicem, & occultam essentiæ formam sunt sortita. Extrema verò multiplicantur in plures partes divisa, & numero quidem abundant, *& alia numero longè superant*, facultate verò *potentiâ*, superioribus sunt inferiora, *longeq; infirmiora*. Media verò, secundùm convenientem rationem, ipsis quidem causis sunt compositiora, simpliciora verò suis fœtibus, *& sua progenie*. Et omnia (ut rem totam paucis complexus expediam) theologicæ scientiæ axiomata hic perfectè apparent, & omnes *rerum* divinarum ordines continenter, *& perpetua serie connexi* demonstrantur, nec aliud *hic* est, quàm Deorum ortus celebratus, & *rerum* quomodocunque existentium, *&* ab ineffabili, *arcana*, & ignota *rerum* universarum causâ *manantium*. Vniversum igitur, & perfectum theologicæ scientiæ lumen Parmenides accendit Platonis amatoribus.

Post hunc verò, prædicti Dialogi partes distinctè tradunt de Deorum mystagogia, *& arcana sacrorum disciplina cultum Deorũ continente*, & omnes (ut ita loquar) divinæ sapientiæ sunt participes, & innatas nobis, *ac in animis nostris insitas* notiones excitant circa divinum numen, *& ad eius indagationem, & cognitionem eos impellunt*. Et universam quidem multitudinem *harum notionum* ad propositos Dialogos referre oportet, alios verò *Dialogos* rursùs in unam, & perfectam Parmenidis contemplationem colligere. Sic enim (*ut* arbitror) imperfectiora ex perfectis, & partes ex universis suspendemus, *i. e. pendere demonstrabimus*, & rebus convenientia demonstrabimus verba, quorum interpretes sunt in Platonis Timæo. Adversùs igitur istam (ut *antè* dixi) occupationem, talem responsionem faciemus, *i, e. huic occupationi sic respondebimus*, & Platonicam contemplationem ad unum Parmenidem referemus.

Quemadmodum etiam universam de natura scientiam Timæus omnium confessione continet, eorum, qui vel minimùm *rerum naturam* contemplari possunt.

CAP. VIII.

CAPVT VIII.

VIDEO autem mihi duplex certamen hinc excitatum adversus illos, qui Platonis scripta examinare sunt-aggressi. Duos etiam viros *video*, qui res *à Platone* dictas apprehendent, *& fortiter defendent*. Et alios quidem *video*, qui nullum aliud Parmenidis propositum probare volunt, quàm exercitationem in utramque *partem*, nec arcanorum, & intellectualium dogmatum turbam huic Dialogo non convenientem, huc præterea inducere. Alios verò *video* graviores, *& severiores* istis, & formarum amicos, qui aliud quidem argumentum de primo, aliud verò, de secundo Deo, & universa intellectuali natura *tradunt*, aliud verò, de illis, quæ sunt post hanc *naturam intellectualem*, sive præstantiora genera, sive animas, sive alia, quæcunque *illa fuerint, appellare voluerit*.

Neque enim ad præsentem tractationem *pertinet* hæc de *rebus* istis quæstio. Tres igitur istas hypotheses, *quas vulgus suppositiones vocat*, hoc modo distribuunt. Deorum verò multitudinem, & genera, quæmente-percipiuntur, & intellectualia, *quæ in intelligentia versantur, eiusq; beneficio percipiuntur*, & quæ *sunt* ante mundum, & quæ in mundo, hic omnia neque dividere, neque curiosè-persequi volunt. Quamvis enim in secunda *hypothesi Plato suam* de intellectualibus Entibus tractationem faciat, *i. e. quamvis de rebus, quæ in intelligentia versantur, & quæ sola intelligentia percipiuntur, verba facias*, tamen ipsa mentis natura est una, & simplex, & individua. Cum ambobus igitur istis dimicandum *est* ei, qui hanc de Parmenide opinionem habet, quam antè diximus. Non est autem par cum istis certamen. Sed illi quidem, qui Parmenidem faciunt, *& statuunt esse tantùm* exercitationem Logicam, iterum etiam pœnas dederunt illis, qui divinum explicationis modum amplectuntur. Qui verò multitudinem Entium, & ordines *rerum* divinarum non distinguunt, venerandi quidem, & graves viri *sunt* omninò, ut ait Homerus. Sed tamen Platonicæ Philosophiæ causâ, nobis etiam adversus ipsos movendæ-sunt-dubitationes *quædam*. In quibus *explicandis*, ipsum sanctissimæ, nobisque *religiosissimæ, &* occultissimæ veritatis Ducem sequemur. Dicenda sunt autem (quatenus *rebus* propositis conducit) etiam ea, quæ *nobis* videntur de Parmenidis hypothesibus, *& argumentis*. Sic enim fortasse & universam Platonis Theologiam ipsa mentis ratione complectemur.

CAPVT IX.

PRIMVM igitur videamus illos *Dialogos*, qui huius Dialogi propositum ab ipsa rerum veritate ad Logicam exercitationem retrahunt, & consideremus sicubi fortè cum ipsis Platonis *scriptis, & mente* consentire possint. Cuivis igitur perspicuum *est*, quod Parmenides, cum sibi proposuerit dialecticam methodum re-ipsa tradere, & pinguiore, *sive crassiore* Minerva, *simpliciter, &*

Κεφάλαιον η'.

ΟΡΩ δέ μοι διττὸν ἐγειρθὲν ἀγῶνα πρὸς τοὺς τὰ Πλάτωνος ἐξεπίζηλον διηκριβωμένους πάντας αἱρησόμενον. καὶ δύο μὲν ἄνδρας, τοὺς αὐτὰ ληψομένους τῶν εἰρημένων. τοὺς μὲν ἀξιοῦντας μηδεμίαν ἄλλην τοῦ Παρμενίδου πρόθεσιν δοκιμάζειν, ἢ τὴν εἰς ἑκάτερον γυμνασίαν, μηδὲ ἀπορρήτων ἐνταῦθα, καὶ νοερῶν δογμάτων ἐπισυρρεῖν ὄχλον, οὐδὲ προσήκειν τῷ διαλόγῳ. τοὺς δὲ, σπουδαιοτέρους τούτων, καὶ τῶν εἰδῶν φίλους, οἱ τὴν μὲν τῶν ὑποθέσεων περὶ τοῦ πρώτου, τὴν δὲ, περὶ τοῦ δευτέρου Θεοῦ, καὶ τῆς νοερᾶς φύσεως ἁπάσης. τὴν δὲ, περὶ τῶν μετὰ ταῦτα, ἤτ' οὖν χρειττόνων ψυχῶν, ἤτε ἄλλων αἱρήσεων.

Οὐδὲ γὰρ πρὸς τὴν παροῦσαν λόγον ἡ περὶ τούτων ζήτησις. τὰς δὲ οὖν τρεῖς ὑποθέσεις ταύτας τὸν τρόπον διαιρέουσι τοῦτον. τὰ δὲ πλήθη τὰ τῶν Θεῶν, καὶ τὰ μὴ τὰ νοητὰ, καὶ τὰ νοερὰ, καὶ τὰ πρὸ τοῦ κόσμου, καὶ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ, πάντα μὴ καταδιαιρεῖν ἐνταῦθα, μηδὲ πλυνεργαμένην ἀξιοῦσι. καὶ γὰ ἐν τῇ δευτέρᾳ περὶ τῶν νοερῶν ὄντων ποιῇ τὴν πραγματείαν ἀλλ' ἡ τοῦ νοῦ Φύσις μία, καὶ ἁπλῆ, καὶ ἀδιαίρετός ἐστι. πρὸς μὲν οὖν ἀμφοτέρους τούτους διαγωνιστέον τῷ παυτὸν ἔχοντι περὶ τοῦ Παρμενίδου τὴν γνώμην, ἐὰν πρότερον ἅπτωμαι. ἔστι δ' οὐκ ἴζον ὁ πρὸς τούτους ἀγών. ἀλλ' οἱ μὲν γυμνάσιον λογικὸν τὸν Παρμενίδην ποιοῦντες, καὶ πάλιν διδόασιν δίκας τοῖς τὸν ἔνθεον τρόπον τῆς ἐξηγήσεως ἀσπαζομένοις. οἱ δὲ τὰ πλήθη τῶν ὄντων, καὶ τὰς τάξεις τῶν θείων μὴ διορίζοντες, αἰδοῖοι μὲν ἄνδρες, καὶ σεμνοὶ πάνυ πάντως, ὡς φησιν Ὅμηρος. Τῆς δὲ αὖ περὶ τὸν Πλάτωνα φιλοσοφίας ἕνεκα, καὶ ἡμῖν πρὸς αὐτοὺς διαπρητέον, ἐπομένοις τῇ τῆς παναγοῦς ἡμῖν, καὶ μυστικωτάτης ἀληθείας ἡγεμόνι. καὶ λεκτέον (ἐφ' ὅσον τοῖς προκειμένοις σωτελεῖ) καὶ περὶ τῶν ὑποθέσεων τοῦ Παρμενίδου τὰ δοκοῦντα. τάχα γὰρ αὖ οὕτω καὶ τὴν ὅλην τοῦ Πλάτωνος θεολογίαν τῇ τῆς διανοίας λογισμῷ περιλάβοιμεν.

Κεφάλαιον θ'.

Πρῶτον μὲν οὖν σκεψώμεθα τοὺς ἀπὸ τῆς τῶν πραγμάτων ἀληθείας ἐπὶ λογικὴν γύμνασιαν καθέλκοντας τὸν ἐνθεον διαλόγου πρόθεσιν, καὶ καταδωμεν. εἰπὲ ἄρα σωμόδην τοῖς τοῦ Πλάτωνος δοκήσει). παντὶ δὴ ἂν καταφανὲς ὑπὸ τὴν διαλεκτικὴν μέθοδον ἔργῳ παραδοῦναι προθέμενος ὁ Παρμενίδης, καὶ ὡς τύπῳ διαλαβὼν ἐφ' ἑκάστου τῶν ὄντων αὐτὴν ὁμοίως

περαλαμβάνῃ, οἷον πωτὸν ὄν, ἑπρὸν ὄν, ὁμοιότητος, ἀνομοιότητος, κινήσεως, στάσεως τῶν ἄλλων ἑκάστου παρακελεύεται μύθῳ τοῖς μέλλουσι καὶ τρόπον τινὰ τῷ ἑκάστου φύσιν ἀνεύρησιν μέγιστον τῶν ἀγώνων. καὶ εὐδὲ αὖτε πηλικῶδε ἐνδιαφόρειν εἶναι λέγει, καὶ πῶς τὸν ἱδυκὸν ἵππον ἑαυτὸν ἀπεικάζει, καὶ πάντα τὰ πρεμήρια περέχεται, τοῦ πραγματεύεσθαι, καὶ μὴ κενεὸν ἐν λόγοις ψιλοῖς θεωρεμένοις πιπράσθαι τῆς μεθόδου τοὐτης παράδοσιν. πῶς οὖν ἔτι δυνατὸν εἰς ὄφελος ἀλακένευς ἀποπέμπειν τὰς ἐπιστολὰς ταύτας, ἃς ὁ μέγας Παρμενίδης ὡς πολλῆς πραγματείας δεομένων ἐνδείκνυται, διεξεργάσατο τὸν περὶ αὐτῶν λόγον; πῶς δ' ἂν ἐσοῦλτο ἐν λόγοις γυμνοῖς ἀμοιρεῖσθαι, καὶ δι' ἃς περὶ τούτων δυνάμεις πηλικαύτας ἀποδιδόναι σπουδὰς, τὸν τῆς τῶν ὄντων ἀληθείας φιλοθεάμονα. καὶ πάντα μὲν τὰ ἄλλα μηδὲ εἶναι λογιζόμενον, ἐπ' αὐτῷ δ' ἂν τῷ ἄκρῳ ἀναβεβηκέναι τοῦ ἑνὸς ὄντος περιωπὴν· εἰ μή τις ἄλλως κωμῳδῶν τὸν Παρμενίδην τὸν τοῦ Πλάτωνος λέγοι, καθελκόμενον εἰς νεοπρεπεῖς ἀγῶνας, ἀπὸ τῶν σεμνοτάτων τῆς ψυχῆς θεαμάτων. εἰ δὲ βούλει, καὶ πῶς πρὸς τοῖς εἰρημένοις θεασώμεθα. ἵνα ποτὲ ὑποσχόμενος ὁ Παρμενίδης, καὶ περὶ ἑνὸς ποιήσασθαι τὸν λόγον εἰπὼν, ἐφήψατο τῆς παιδικῆς πραγματείας. ἆρ' οὐ περὶ τοῦ καθ' αὐτὸν ὄντος, καὶ τῆς τῶν ὄντων ἁπάντων ἑνάδος, ἐφ' ἣν ἀναπτύσσεται ἑλελήθασιν οὖν πολλοὺς, ὡς τὸ πλῆθος τῶν ὄντων εἰς μίαν ἕνωσιν ἀδιάκριτον συνάγειν παρακελεύεται. εἰ πάντως τοῦτ' ἐστὶ τὸ ἓν ὄν, εἴτ' οὖν ἀκρότατον, ὃ ὑπερίδρυται παντελῶς τῶν ἐν δόξῃ φερομένων λόγων, ἵνα μηχανὴ συμφύρῃ εἰς ταὐτὸν τὰ περὶ τῶν νοητῶν δόγματα ταῖς δοξαστικαῖς ὑπολήψεσιν;

Οὐ γὰρ τῇ περὶ τῶν ὄντως ὄντων ὑπολήψει πρόσφορον τὸ πιθανὸν τῶν λόγων εἶδος, οὔτε τοῖς διαλεκτικοῖς γυμνασίοις ἡ τῶν ἀφανῶν, καὶ χωριστῶν αἰτίων συναρμόζεται νόησις. ἀλλὰ ταῦτα διέστηκεν ἀπ' ἀλλήλων, καθ' ὅσον καὶ ὁ νοῦς τῆς δόξης ὑπερίδρυται, καθάπερ ἡμᾶς ὁ Τίμαιος αἰνίδαξε, καὶ οὐχ' ὁ Τίμαιος μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ θαυμάσιος Ἀριστοτέλης, ἐς τὸν τοιοῦτον διώσαντο παραδοὺς, οὔτε περὶ τῶν παντελῶς ἀφανῶν ἡμῖν, οὔτε περὶ τῶν γνωριμωτέρων ποιεῖσθαι τὰς ζητήσεις παρακελεύεται. πολλοῦ ἄρα δεῖ Παρμενίδης ὁ τὸν ὑπερτέλειον τῶν ὄντων τῆς δοκούσης εἶναι παρὰ τοῖς τὸν αὐθησιν τοῦ νοῦ περιβεβλημένοις ἀληθείας, ἐπικενᾶ λυθέμενον τῷ δοξαστικῷ γνώσιν, ὅτι τῷ νοητικῷ φύσιν ἀνάξιον ἀμφίβολον οὖσαν, καὶ ποικίλην, καὶ ἀστάθμητον, ἢ τὸ ὄντως ἐν μιᾷ τῆς παιδικῆς δοξοσοφίας, καὶ τῆς Ἀλακένου πραγματείας θεωρήσειν. τῷ γὰρ ἁπλῷ, τὸ ποικίλον, καὶ τῷ μονοειδεῖ, τὸ πολυειδὲς, καὶ τῷ ἑνὶ, τὸ πολλὰ, καὶ τῷ ἀκινήτῳ, τὸ κινούμενον, καὶ τῷ ταὐτῷ, τὸ θάτερον, καὶ τῷ ὁμοίῳ, τὸ ἀνόμοιον, καὶ τῷ ἴσῳ, τὸ ἄνισον, καὶ τῷ στατῷ, τὸ μεταβλητὸν, καὶ τῷ ἑαυτῷ, τὸ ἄλλο, καὶ τῷ ταὐτότητι, τὸ θατερότητος μέτεστιν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν τοῖς ἑξῆς ἐπιδείξεται μᾶλλον ἐναργῶς ὁ Παρμενίδης. ἐπειδὴ δὲ τὸ ἓν ὄν, ἐν τοῖς ἀκροτάτοις ἐστὶ τῶν ὄντων, καὶ ὑπερίδρυται τῶν ἄλλων ἁπάντων, ἐν τοῖς ἀκροτάτοις ἐστὶ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, καὶ ὑπερίδρυται τῶν ἄλλων ἁπάντων.

multiformè, & mente-percepto, opinabile cognitionis *genus* tantum *est* accommodandum. Præterea verò ne illud quidem prętereamus, hunc verborum *dicendiq;* modum à Parmenidis tractatione prorsus alienum esse. Nam illo quidem *modo* omnia Entia, & universorum ordinem *Parmenides* tradit, & ab uno incipientem progressum, & in unum desinentem conversionem, *vel reversionem*. Methodus verò, quæ per argumenta *traditur*, procul dissidet, *& valde remota est*, à contemplatione, quæ per ipsam rerum scientiam fit, *quæ vulgò scientifica vocatur*. Quomodo *igitur* Plato non videbitur manifestè ineptum argumentum Parmenidi attribuere, si dicat ipsum spectare *quandam* exercitationem in utranq; *disputandi partem*, & facultatis in hoc *dicendi genere sitæ* causâ, hanc universam rationum, *& verborum* explicationem agitare? Atqui in aliis omnibus *Dialogis* convenientia argumenta ad unum quemque Philosophum refert, *ipsiq; tribuit*.

Timæo quidem de natura doctrinam assignans, Socrati verò, de Reipublicæ administrandæ-forma *doctrinam attribuens*. Mantinicæ verò peregrinæ *muheri attribuens* amatoria, Eleatæ verò hospiti, tractationem de Ente. Deinde aliorum quidem unusquisq; illas rationes tuetur, quas etiam per se præcipuè defendit. Solus verò Parmenides nobis in poematibus quidem, & suis studiis, quod attinet ad ipsa Entia, sapiens erit, in Platonica verò scena, ætati-iuvenili-convenientis Musæ dux *nobis erit*. Sed *cavendum* ne ista *verba* sint eorum, qui dissimilitudinem imitationis in Platone volunt accusare, *& damnare*. Quanquam & ipsos Poetas ipse accusavit, *graviterq; damnavit*, quod & pecuniæ-cupiditatem, *avaritiam*, & vitam variarum-affectionum-plenam ad Deorum filios amandarint, *vitaq; genus variis animorum perturbationibus obnoxium, atq; deorum ipsis attribuerint*. Quónam igitur modo nos opinabilium & inanium argumentorum tractationem ad ipsum ducem veritatis Entium reducemus? Si verò *nos* oportet multis liberatos argumentis, *vel potiùs, omnibus vulgi variis argumentis*, ipsum Platonem facere testem huius propositi congressus, *& colloqui*, verborum etiam in isto factorum mentionem faciamus. Et, si modò vis, *mentionem faciamus rerum* in Theæteto scriptarum. Si verò vis, eorum *mentionem faciamus, quæ dicuntur* in Sophista. Ex his enim apparebunt, quæ dicimus, *& ea vera esse constabit*. Ergo in Theæteto quidem, *constabit* Socratem ab adolescente *quodam* provocatum ad refutationem eorum, qui dicunt ipsum Ens immotum esse, refutare talem Parmenidis apprehensionem, *& comprehensionem, i. e. opinionem* & causam addere. Ob Parmenidem enim (inquit) qui unus est, *magis* erubesco, quàm ob omnes alios. Cũ illo enim viro valdè sene-versatus-sum ego valdè iuvenis, & mihi videtur, quandam *scientiæ* profunditatem habere prorsus generosam. Vereor igitur ne neq; ea, quæ dicuntur, intelligamus, & quid ille cogitans dixerit, multò minus percipiamus, *& assequamur*. Rectè igitur dicebamus, propositum congressum non ad Logicam exercitationem spectare, & hunc facere verborum, *& rationum* omnium finem: sed ad primorum principiorum scientiam *pertinere*. Quomodo enim Socrates cum, qui tali facultate *disputandi* utitur, & qui

ποῖόν τι, τὸ πλυκτὸν, καὶ τὸ γοητικὸν, τὸ δοξαστικὸν τῆς γνώσεως μόνον ἁρμοστέον, ἔτι πίνυ μηδὲ ἐκεῖνο παρῶμεν, ὡς παντελῶς ἀλλότριος ὁ τρόπος οὗτος ἐστὶ τῶν λόγων τῆς τοῦ Παρμενίδου πραγματείας. ἐκείνῳ μὲν γὰρ τὰ ὄντα πάντα, καὶ τὴν πᾶξιν τῶν ὅλων παραδίδωσι, καὶ τὴν ἀφ' ἑνὸς τι ἀρχομένην πρόοδον, καὶ εἰς ἓν τελευτῶσαν ἐπιστροφήν. ἡ δὲ διὰ τῶν ἐπιχειρημάτων μέθοδος πόρρω διώκισται τῆς ἐπιστημονικῆς θεωρίας. πῶς οὖν οὐκ ἀνάρμοστον ὑποθήσειν ὁ Πλάτων φαίησί τινα τοῦ Παρμενίδου παραδιδοὺς, ἐν τῆς ἑφ' ἑκάτερα γυμνασίας αὐτὸν ἐπιχαίζεσθαι λέγοι, καὶ τῆς ἐν τούτῳ δυνάμεως ἕνεκα, τὴν ὅλην αἱρεσιν ταύτην τῶν λόγων αἱρεῖσθαι; καί τι γε ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασι τὰς προηγούσας ὑποθήσεις εἰς ἕκαστον ἀναφέρει τῶν φιλοσόφων.

Τῷ μὲν Τιμαίῳ, τὴν περὶ φύσεως ἀφορίζων διδασκαλίαν. τῷ δὲ Σωκράτει, τὴν περὶ πολιτείας. τῇ δὲ Μαντινικῇ ξένῃ, τὰ ἐρωτικά. τῷ δὲ Ἐλεάτῃ ξένῳ, τὴν περὶ τοῦ ὄντος. Εἶτα τῶν μὲν ἄλλων ἑκάστου πιστοῦται τοῖς λόγοις, οἷς καὶ καθ' ἑαυτὸν ὑπάρχει προηγουμένως αἱρεῖσθαι. Μόνος δὲ ἡμῖν ὁ Παρμενίδης ἐν μὲν τοῖς ποιήμασιν ἔστι, καὶ τοῖς ἑαυτοῦ σπουδάσμασι τὰ ὄντα ζοφές. ἐν δὲ τῇ Πλατωνικῇ σκηνῇ, νεαρεπεῖ τῶν Μούσης καθηγεμών. ἀλλὰ μὴ ζοῦτα μιμήσεως ἀνομοιότητα κατηγορῶν τοῦ Πλάτωνος βουλόμεθα ἢ. καί τι καὶ σὺν πιστὰς αὐτὸς ἠλάσατο, φιλοχρηματίαν, καὶ τὴν ἐμπαθῆ ζωὴν εἰς θεῶν παῖδας ἀναπέμπειν. πῶς εὖν ἡμεῖς τὴν τῶν ἐνδόξων ἐπιχειρημάτων, καὶ ψυχένων πραγματείαν εἰς τὸν ἡγεμόνα τῆς τῶν ὄντων ἀληθείας ἀνάξομεν; εἰ δὲ δεῖ τῶν πολλῶν ἀπαλλαγέντες ἐπιχειρήσεων, αὐτὸν τὸν Πλάτωνα πείσεσθαι μάρτυρα τῆς προκειμένης ταύτης σπουδῆς, καὶ τῶν ἐν ταύτῃ λόγων ἀναμνησθῶμεν. εἰ μὲν βούλει, τῶν ἐν Θεαιτήτῳ γεγραμμένων. εἰ δὲ βούλει, τῶν ἐν Σοφιστῇ. Φαίησι γὰρ ἃ λέγομεν, ὀκ πύτων. Οὐκοῦν ἐν Θεαιτήτῳ μὲν ὁ Σωκράτης ὑπὸ τοῦ νεανίσκου προκαλούμενος εἰς τὸν τῶν ἀκίνητον τὸ ὂν λεγόντων ἔλεγχον, ἀποσκευαζόμενος τὴν παύτου αἰτίληψιν τοῦ Παρμενίδου, καὶ τὴν αἰτίαν προσλαθέις. Παρμενίδην γάρ φησιν ἔγ' ὄντα αἰσχύνομαι, ἢ πάντας σὺν ἄλλους. συνέμιξα γὰρ τῷ ἀνδρὶ πάνυ νέος, πάνυ πρεσβύτῃ, καί μοι ἔδοξε βάθος τι ἔχειν παντάπασι γενναῖον. Φοβοῦμαι οὖν μὴ οὐπὶ τὰ λεγόμενα ξυνίωμεν, ἢ τι διανοούμενος εἶπε, πολὺ πλείον λειπώμεθα. Ὀρθῶς ἄρα ἐλέγομεν τὴν προκειμένην συνουσίαν ὀκ εἰς λογικὴν γυμνασίαν ἀποβλέπειν, καὶ πῦπ πεῖσθαι τῶν λόγων ἀπάντων πέλος, ἀλλ' εἰς τῶν πρώτων ἀρχῶν ἐπιστήμην. πῶς γὰρ ἂν ὁ Σωκράτης τὸν τῆ

δυνάμει τῇ τοιαύτῃ χρώμενον, καὶ τῆς τῶν πραγμάτων ἀμελήσαντα γνώσεως, βάθος τι ἡμῖν πανταπάσιν ἔχειν ἐν τοῖς λόγοις ἐμαρτύρει; τί γὰρ ἂν εἴη σεμνὸν, καὶ συλλαβεῖν τὴν μέθοδον τῶν ἐφ' ἑκάστῳ συνιστημένων ἐνδείξεως, καὶ ἱκανὸν τὸν τοιοῦτον εὑρεῖν τῶν ἐπιχειρημάτων; ἐν ᾧ καὶ πρὸς Σοφιστὴν, τὸν Ἐλεάτην ξένον αἰσχίστων εἰς τὴν τῶν παλαιῶν αὐτοῦ λόγων διαφθορὰν, καὶ ἤδη σεσηθῆ πρὸς ἀκριβεστέρους εἶναι λόγους ἑαυτὸν ἐνδεικνύμενον, τὸ τοιόνδε ἡμῖν φράζειν φησὶ, πότερον εἴωθας αὐτὸς ἐπὶ σεσοφισμακρῷ λόγῳ διεξιέναι λέγων πρὸς, ὃ αὖ ἐνδείξασθαι τῇ βουληθέντι δι' ἐρωτήσεων, οἷον ποτὲ κατὰ Παρμενίδην χρωμένῳ, καὶ διεξιόντι λόγους παγκάλους παρεγιγνόμην ἐγὼ νέος ὢν. ἐκείνου τότε ὄντος εὖ μάλα πρεσβύτου. Εἰς οὖν μηχανὴν, ὅ Σωκράτους λέγοντος παγκάλους εἶναι καὶ λόγους ἀκριβεῖς, καὶ βάθος ἔχειν πανταπάσιν ἡμιν αἰσχίστων, ἡμᾶς ἀμαυροῦν, καὶ ἀμαλωδαζειν τὴν τοῦ Παρμενίδου πραγματείαν, καὶ τῆς μὲν οὐσίας αὐτὸν, καὶ τοῦ ἑνὸς ἐκβάλλειν, ὅτι ἦν τῶν δημώδη, καὶ φορτικὸν μετέχειν, ὅτι τῶν ἐπιχειρήσεων κενολογίαν, μήτε τὴν νεαροπρεπῆ τῶν τοιούτων λόγων, μήτε τὸν ἐπόθησεν τοῦ ἑνὸς ὄντος, μήτε ἄλλο μηδὲν τῶν πρὸς τὸν τοιοῦτον ἐπίνοιαν ἀναπεμπομένων λογιζομένους. καὶ μὴν καὶ τὴν τῆς διαλεκτικῆς δύναμιν ἀξιώσαμεν ἂν αὐτοῦ σκοπεῖν. Ὅπερ ὁ ἐν Πολιτείᾳ Σωκράτης ἐνδείκνυται. καὶ πῶς θεμιτὸν μὲν αὐτὸν ἐφ' ἅπασι βεβεβλῆσθαι τοῖς μαθήμασιν, ἀνάγειν δ' οὖν χρωμένους ἐπ' αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν, καὶ τὰς πολιτείας ἑνάδας, ἐκκαθαίρειν δὲ τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα φησὶ, καὶ συμπερύσσειν τοῖς ὄντως οὖσι, καὶ ἓν μιᾷ τῶν πάντων ἀρχῇ, καὶ μέχρι δ' αὐτοῦ τοῦ πλάτους; εἰ γὰρ τοσοῦτον ὑμῖν ἡ τῆς διαλεκτικῆς ταύτης δύναμις, τηλικοῦτον δὲ τὸ τέλος τῆς ὁδοῦ ταύτης, οὐ δεῖ τὸν διὰ τῶν ἐνδείξεων ἐπιχείρησιν εἰς τὸν τὴν τοιαύτην μεθόδῳ συγκυκᾶν. ἐκείνη μὲν γὰρ πρὸς ἀνθρώπων δοξάσεις δόξας. αὕτη δὲ ὑπὸ τῶν πολλῶν ἀδολεσχία καλεῖται. καὶ μὴν, πανταπάσιν ἀπολείπει τῆς τῶν μαθημάτων ἐπιστήμης. αὕτη δὲ θεμιτὸς ἐστὶ τῶν ἐπιστημῶν τούτων, καὶ διὰ τούτων ἐπ' ἐκεῖνα ἡ πρόοδος. καὶ τὴν μὲν, ἐστὶ τὸ δεικνῦν, καὶ τὸ φαινόμενον τῆς γυμνασίας. ἡ δὲ, ἀμιλλᾶται πρὸς τὸ ὂν ἐπαναβιβασμοῖς ἀεὶ χρωμένη, καὶ πλάτος δὴ καλῶς εἰς τὸ τοῦ ἀγαθοῦ φύσιν. πολὺ ἄρα δεήσομεν ἡμεῖς τὸ πρὸς τῶν ἀκριβεστάτων ἐπιστημῶν ἱδρυμένοις, καθ' ἑκάστην εἰς τὸ ἐνδιδὸν ἐπιχείρησιν. αὕτη μὲν γὰρ τῆς ἀποδεικτικῆς περέχουσι φαντασίας, ἐστὶ δευτέρα, καὶ μόνης ἀγαπᾷ αὐτῆς ἐριστικῆς. ἡ δὲ παρ' ἡμῖν διαλεκτικὴ, τὰ μὲν πολλὰ διαιρέσεσι χρῆται, καὶ ἀναλύσεσιν, ὡς πρωτουργοῖς ἐπιστήμαις, καὶ μιμουμένους τὸν τῶν ὄντων πρόοδον ἐκ τοῦ ἑνὸς, καὶ πρὸς αὐτὸ πάλιν ἐπιστροφὴν. χρῆται δὲ καὶ ὁρισμοῖς καὶ ἀποδείξεσι, καὶ πρὸ τούτων τῇ ὁριστικῇ μεθόδῳ, καὶ τῇ διαιρετικῇ, πρὸ ταύτης.

Præterea verò neque principium, neque finis alicujus *rei* poteſt eſſe. Quod enim habet principium, & medium, & finem, dividuum eſt. Unum verò, non *eſt* dividuum. Quia ne partes quidem habet.

Neque

Neque igitur principium, neque medium, neque finem habebit. Præterea nullius Entis erit figura. Quidquid enim figuram habet, vel rectum eſt, vel rotundum, vel mixtum. Sed, ſi quidem *eſt* rectum, partes habebit, *ſcilicet* & ipſum medium, & extrema. Si verò rotundum *eſt*, erit in eo, hoc quidem, ut medium, illa verò, ut extrema, ad quæ pertendit, *& pertinet* ipſum medium. Si verò mixtum eſt, ex multis erit *conflatum*, nec Unum *erit*. Quinetiam nec in ipſo *Vno*, nec in alio erit. Quod enim eſt in alio, aliud, *ac diverſum* eſt ab illo, in quo eſt. Uno verò tantùm exiſtente, & nullo alio (Etenim in alio nuſquam erit *Vnum*) nullum etiam ex ipſis Entibus erit, quod in alio ſit. Quod autem in ipſo *Vno* eſt, ſimul & continens, & contentum erit, *ſimul & continebit, & continebitur*. Nec idem erit in hoc, & ipſum continere, & ipſum contineri. Nec iſta ratio *dicetur* amborum, *nec ambobus, vel utrique tribuetur*. Unum igitur erit duo, nec amplius tantum *Vnum*. Præterea verò nec ullum ipſorum Entium erit mobile, *neque movebitur*. Nam, ſi quidem moveatur, neceſſe *eſt*, *id* mutari.

Si verò mutetur, in alio eſſe. Si verò Unum tantùm ſit, nihil in alio poſſibile, *vel, potens* apparet. Non poteſt igitur fieri, ut aliquod ex ipſis Entibus mutetur. Omne verò, quod ſtat, in eodem eſſe neceſſe *eſt*. Quod verò in eodem eſt, in aliquo eodem eſt. Sed ipſum Unum in nullo eodem eſt. Quod enim in aliquo eſt, *id* vel in ſemet ipſo, vel in alio eſt. Demonſtratum eſt autem *ipſum Ens* nec in ſemet ipſo, nec etiam in alio, ergo ne in eodem quidem aliquo eſſe. Nullum igitur ipſorum Entium ſtat, *ac immotum manet*. Quinetiam fieri non poteſt, ut Aliquid, & Alterum ſit idem cum Aliquo. Si enim nihil aliud eſt, præter *Illud quod eſt* Per-ſe-Unum, cum alio quidem hoc non erit Idem, neque Alterum, *ac diverſum ab eo*. Neque enim eſt aliud allum ipſorum Entium. Ipſum verò *Ens* nec a ſe ipſo alterum, *ac diverſum* erit. Multa enim eſſet, & non Unum, nec Idem. Etenim hoc *Idem, eſt* in alio, & ipſum Idem non *eſt illud, quod eſt* Per-ſe-Unum. Nam ipſum quidem Unum, *eſt* ſimpliciter Unum, quia non *eſt* Multa. Ipſum verò Idem, aliud Idem *habet*, *quod ei reſpondet, & cum quo dicitur Idem*. Sed tamen fieri non poteſt, ut aliquid vel ſimile, vel diſſimile ſit ei, quod eſt Aliquid, *ita ut ei ſimul ſit & ſimile, & diſſimile*.

Omne enim ſimile eundem quendam caſum, *& eundem affectionem* patitur, *& ipſi idem accidit, quod alteri ejus ſimili*. Quod verò *eſt* diſſimile, alterum *patitur, & ei quiddam accidit diverſum*. Quod verò *tantum eſt* Vnum nihil pati poteſt, *nihil ei accidere poteſt*, neque quidquam aliud præter ipſum Vnum *pati poteſt*. Quod profectò nullo-modo eſt, ſi quidem ipſum Vnum ſolum eſt. Præterea verò dicimus etiam *ipſum Vnum* ne tangi quidem *contrectarique* poſſe, neque ſeparatim eſſe, ſi nihil aliud eſt præter ipſum Vnum. Quomodo enim ſeparatim eſſet, aut aliquid tangeret *eorum*, quæ nullo-modo ſunt? Sed ne ipſum quidem Vnum vel à ſe ipſo ſeparatim eſt vel ſe ipſum tangit. Sic enim & ipſum tangi, & ipſum ſeparatim *eſſe* patetetur. Ipſum vero Vnum nihil aliud præter ſe ipſum patitur. Nullum enim ex ipſis Entibus ullo pari, *vel æquali*, prorſus indigebit, neq; impar, *vel inæquale* erit. Quod enim *eſt* par, aliud cum alio *collatum*, ad aliud, *cui par eſt*, *referri* dicitur.

οὔτ' ἄρα ἀρχὴν, οὔτε μέσον, οὔτε πλευτὴν ἕξει. ἔτι σχῆμα οὐκ ἔστι τῶν ὄντων οὐδενός. παντὸς γὰρ δὴ τὸ σχῆμα ἔχον, ἢ εὐθύ ἐστιν, ἢ περιφερές, ἢ μικτόν. ἀλλ' εἰ μὲν εὐθύ, μέρη ἕξει, τό τε μέσον, καὶ τὰ ἄκρα. εἰ δὲ περιφερές, ἔστιν ἐν αὐτῷ τὸ μὲν, ὡς μέσον, τὰ δὲ, ὡς ἔσχατα, ἐφ' ἃ διήκει τὸ μέσον. εἰ δὲ ἔστι μικτὸν, ἐκ πλειόνων ἔστιν, καὶ οὐχ ἕν. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ἐν αὐτῷ ἔστιν, οὐδὲ ἐν ἄλλῳ. τὸ γὰρ ἐν ἄλλῳ ὂν, ἄλλο ἐστὶν ἐκείνου, ἐν ᾧ ἐστίν. ἓν δὲ μόνου ὄντος, καὶ οὐδενὸς ἄλλου ὄντος (οὐδαμοῦ γὰρ ἐν ἄλλῳ οὐδαμοῦ ἔσται) οὐδὲ αὖ ἓν ἔστι τῶν ὄντων, ὃ ἐν ἄλλῳ ἐστι. τὸ δέ γε ἐν αὐτῷ ὄν, περιέχει τὸ ἄμα, καὶ περιεχόμενον ἔσται. καὶ οὐ ταὐτὸν ἔσται ἐν ταὐτῷ, τὸ, τε περιέχον, καὶ τὸ περιεχόμενον. οὐδὲ ὁ λόγος ἐυ. ὦ. ἀμφοῖν. Δύο ἄρα ἔσται, καὶ οὐκέτι μόνον τὸ ἕν. ἔτι τοίνυν οὐδὲ κινούμενον ἔσται τι τῶν ὄντων. κινούμενον μὲν γὰρ, μεταβάλλειν ἀναγκαῖον.

Μεταβάλλει δὲ, ἐν ἄλλῳ γένεσθαι. παν δὲ ἑνὸς μόνου ὄντος, οὐδὲν ἐν ἄλλῳ δυνατὸν φαίη. οὐκ ἄρα μεταβάλλειν τὶ τῶν ὄντων δυνατόν. ἐσὼς δέ γε καὶ ἐν τῷ αὐτῷ ἀναγκαῖον εἶναι. τὸ δὲ ἐν τῷ αὐτῷ ον, ἓν ἴσον τῷ αὐτῷ ἐστίν. ἀλλὰ τὸ ἓν ἐν οὐδενὶ πω αὐτῷ ἐστί. τὸ γὰρ ἐν ἴσῳ ὂν, ἢ ἐν ἑαυτῷ, ἢ ἐν ἄλλῳ ἐστί. δέδεικται δὲ ὡς οὔτε ἐν ἑαυτῷ, οὔτε ἐν ἄλλῳ, οὐδὲ ἄρα ἐν τῷ αὐτῷ ἴσον ἐστίν. οὐδὲ ἄρα ἔσχε τῶν ὄντων οὐδέν. καὶ μὴν καὶ ταυτὸν εἶναί τῳ τὶ, οὐ ἔτερον, ἀδύνατον. εἰ γὰρ μηδὲν ἄλλο ἐστὶ πλὴν αὐτὸν, ἄλλῳ μὴν οὐκ αὖ εἴη τοῦτ' ταυτὸν, οὐδὲ ἕτερον. οὐδὲ γὰρ ἔστιν ἄλλο τῶν ὄντων οὐδέν. αὐτὸ δὲ αὑτοῦ οὐτ' αὖ ἕτερον εἴη. πολλὰ γὰρ αὖ εἴη, καὶ οὐχ ἓν, οὔτε ταυτόν. καὶ γὰρ τοῦτ' ἐν ἄλλῳ, καὶ οὐκ αὐτὸν τὸ ταυτόν. τὸ μὲν γὰρ ἓν, ἁπλῶς ἓν, ἔτι οὐ πολλά. τὸ δὲ ταυτὸν ἄλλο ταυτόν. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ὅμοιον, οὐδὲ ἀνόμοιον εἶναί τῳ τὶ δυνατόν.

Παν γὰρ δὴ τὸ ὅμοιον, ταυτό τῳ πέπονθε πάθος. τὸ δὲ ἀνόμοιον, ἕτερον. τὸ δέ γε ἓν, οὐδὲν πεπονθέναι δυνατόν, οὐδὲ ἄλλο τι παρὰ τὸ ἕν. ὅτε μηδαμῶς ἔστιν, ἅπας αὐτὸ μόνον ἐστὶ τὸ ἕν. ἔτι δὲ καὶ πρὸς πᾶσι λεγόμῳ ὡς οὐδὲ ἅπτεσθαί τι δυνατὸν, οὔτε χωρὶς εἶναι, εἴπερ μηδὲν ἔστιν ἄλλο παρ' ἕνος. πῶς γὰρ ἂν ἅπτοι χωρὶς, ἢ ἅπτοιτο ἓν ὄν, ἄρα μηδὲ ἔστιν; ἀλλ' οὐδὲ τὸ ἓν ἢ αὐτὸ χωρὶς ἔστιν, ἢ ἑαυτοῦ ἀπόμενον. εἴη γὰρ ἂν οὕτως πεπονθὸς τὸ ἅπτεσθαι, καὶ τὸ χωρὶς. τὸ δέ γε ἓν, πεπονθὸν οὐδὲν ἄλλο παρ' αὐτό. Δέοι γὰρ οὐδὲ ἴσον οὐδενὶ τῶν ὄντων οὐδέν, οὐδὲ ἄνισον ἔσται. τὸ γὰρ ἴσον ἄλλο πρὸς ἄλλῳ, πρὸς ἄλλο λέγεται.

καὶ τὸ ἄπειρον. τὸ δὲ ἕτερα ἄλλο οὐκ ἔστιν, ἐπεὶ τὸ ἓν μόνον ἐστίν. ἀλλ' οὐδὲ τὸ ἓν ἴσον ἑαυτῷ ἔσται οὐδὲ ἄνισον.

εἰ γὰρ ἄνισον, ἔσται ἐν αὐτῷ τὸ μᾶλλον, ὡς μεῖζον, τὸ δὲ, ὡς ἔλαττον. ὥστε δύο ἂν εἴη, καὶ οὐχ ἕν. εἰ δὲ ἴσον ἑαυτῷ τὸ ἕν, αὐτὸ ἑαυτοῦ μετρήσει τὸ ἕν. ἀλλ' ἀδύνατον. εἴη γὰρ ἂν μετρεῖν τι, καὶ μετρούμενον ὑφ' ἑαυτοῦ τὸ ἕν. ὥστε οὐκ αὐτόν. οὐδὲ ἄρα ἔστιν, καὶ ἄνισον ἐν τοῖς οὖσιν οὐδέν ἐστιν. εἰ δὴ ταῦτα ἀδύνατα, μήτε ἀπόμοιον, καὶ χωρὶς ὄν, μήτε ὅμοιον, καὶ ἀνόμοιον, μήτε ταυτὸν, καὶ ἕτερον, μήτε αὖ ἑστὼς, ἢ κινούμενον, μηδὲ ὅλως ἔν τινι μηδενὶ, μηδὲ σχῆμα ἔχον, μήτε ὅλον, ἢ μέρη ἔχον τι τῶν ὄντων, ἀδύνατον ἂν εἴη καὶ αὐτὸ μόνον εἶναι τὸ ἕν, τὸ ἀπλήθυντον, καὶ ὃ τούτων ἁπάντων ἄδεκτόν ἐστιν. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ πολλά γε μόνον εἶναι δυνατὸν, ὡς δέδεικται πρότερον. ἀνάγκη γὰρ ἄρα καὶ πολλὰ εἶναι, καὶ ἓν τῶν ὄντων ἕκαστον.

ἀλλ' εἰ καὶ πολλὰ, καὶ ἕν ἐστιν, ἄρα τὰ πολλὰ μετέχει πως ἑνὸς, ἢ τὸ ἓν τῶν πολλῶν, ἢ καὶ ἀλλήλων ἀμφότερα, ἢ οὐδέτερα ἀλλήλων. ἀλλὰ χωρὶς μὲν τὰ πολλὰ, χωρὶς δὲ τὸ ἓν, ἵνα καὶ πολλὰ ᾖ, καὶ ἕν, ὡς ἀπέφηνεν ὁ λόγος. εἰ πάντως μήτε τὸ ἓν τῶν πολλῶν, μήτε τὰ πολλὰ μετέχει πως ἑνὸς, ἔσται τε αὐτὰ ἄπερ, ἃ καὶ πρότερον ἦλθε τῆς τῶν πολλῶν ὑποθέσεως συνηγμένα. πάλιν γὰρ αὖ εἴη τὰ πολλὰ χωρὶς ἑνός. καὶ γὰρ εἰ ἔστι τὸ ἓν ἐφ' ἑαυτοῦ, καὶ μὴ μετέχει τὰ πολλὰ μηδαμῇ πως ἑνὸς, ἀπειράκις ἄπειρα τὰ πολλὰ, καὶ ἴσα, καὶ ἄνισα, καὶ ταυτὰ, καὶ ἕτερα, καὶ κινούμενα, καὶ ἑστῶτα, καὶ οὔτε ἀριθμὸς οὐδενός ἐστι τῶν πολλῶν, οὐδὲ γνῶσις. ἡ γὰρ τοῦ ἑνὸς ἀπουσία, ταῦτα πάντα ἐν τοῖς πολλοῖς ἀναγκάζει φαίνεσθαι. ἀδύνατον ἄρα μήτε τὰ πολλὰ πως ἑνὸς, μήτε τὸ ἓν μετέχειν τῶν πολλῶν. εἰ δέ γε καὶ τὸ ἓν μετέχει τῶν πολλῶν, καὶ τὰ πολλὰ πως ἑνὸς, ἢ εἴη ταῦτα ἐν ἀλλήλοις ἀμφότερα, ἀνάγκη ἄλλως εἶναι παρὰ ταῦτα φύσιν ἓν τρίτων, ἢ μήτε ἕν ἐστι, μήτε πολλά. μεμιγμένων γὰρ ἐν ἀλλήλοις τούτων ἀμφοτέρων, δεῖ δὴ τὸ τῆς μίξεως αἴτιον αὐτοῖς ὑπάρχειν, ὃ καὶ τῷ ἑνὶ τὸ πληθος, καὶ τῷ πλήθει τὸ ἓν συζεύγνυσι. πᾶν γὰρ ἀνάγκη τὸ μικτὸν, αἰτίαν τῆς μίξεως ἔχειν. καὶ γὰρ ὅλως εἰ μετέχει τὸ ἓν, καὶ τὸ πλῆθος ἀλλήλων, οὔτε τὸ ἓν τῷ πλήθει τῆς οὐσίας αἴτιον, οὔτε τῷ ἑνὶ τὸ πλῆθος, ἀλλά γε τρίτον ἀμφοῖν, ὃ πρὸ τούτων ἐστί. τί γὰρ ἂν εἴη τὸ ποιῆσαν τοῦτο μὲν, πλῆθος. ἐκεῖνο δὲ ἕν; τί δὲ τὸ τῆς κοινωνίας ταύτης, καὶ τῆς πρὸς ἄλληλα συνουσίας ἕνωσιν τῷ ἑνὶ, ἢ ἓν μηδαμοῦ κοινωνοῦντος τοῖς πολλοῖς; ἢ γὰρ πολλὰ, καὶ ἕν, ἕπερα ἀλ-

Et ipſum impar *eodem modo conſideratur, & ad ipſum par referur, cujus habita ratione dicitur Impar.* Ipſum verò Aliud non eſt, ſi modò ipſum Unum tantùm eſt. Sed ne ipſum quidem Unum ſibi- ipſi vel par, vel impar erit.

Si enim *eſſet* impar, in ipſo eſſet alterum quidem, ut majus, alterum verò, ut minus. Quare duo eſſet, non autem Unum. Si verò ipſum Unum *eſſet* ſibi-ipſi par, ipſum *Vnum* ſui-ipſius Unum metiretur. Sed *hoc eſt* impoſſibile. Ipſum enim Unum & menſuraret *ſe-ipſum*, & menſuraretur à ſe- ipſo. Quare non *eſſet illud, quod eſt* Per-ſe-Unum. Nullum igitur par, & impar in ipſis Entibus eſt. Si igitur hæc *ſunt* impoſſibilia, *nec ullo modo fieri poteſt*, ut *ipſum Vnum* vel *ſe ipſum* tangat, & ſeparatim ſit *à ſe-ipſo*, vel *ut ſit* ſimile, & diſſimile, vel Idem, & Alterum, vel etiam ſtans, *& immotum*, vel mobile, vel etiam denique in aliquo nullo *ſit*, vel figuram habeat, vel aliquod ipſorum Entium, *ut* totum, aut *tanquam* partes contineat, impoſſibile erit etiam ipſum Unum ſolum eſſe, quod eſt expers- multiplicationis, & quod nihil horum omnium *antè dictorum* admittit. Verùm etiam (ut ante demonſtratum-eſt) fieri non poteſt, ut *Vnum* multa tantum ſit. Neceſſe enim *eſt* unumquodq; ipſorum Entium & multa, & unum eſſe.

Sed ſi & multa, & unum eſt, ergo multa participant unum, vel unum multa *participat*, vel etiam utraque ſe mutuò *participant*, vel neutra *participant* alia aliud viciſſim: ſed ſeparatim quidem multa, ſeparatim verò unum, ut & multa ſint, & unũ, quemadmodum demonſtravit ipſa ratio. Si igitur neque ipſum Unum *particeps eſt* multorum, neq; multa participant Unum, erunt eadem abſurda, quæ & ante in ipſorum Multorum hypotheſi collegimus. Rurſus enim Multa ſeparatim erunt abUno. Etenim ſi ipſum Unum eſt *ſeparatim*, & per ſe *ſolum*, & Multa nuſquam participant ipſum Unum, Multa *ſunt* infinitè infinita, & ſimilia, & diſſimilia, & eadem & altera, *ac diverſa*, & mobilia, & ſtabilia, *ac immobilia*, & neq; numerus eſt ullius Entis, neque cognitio. Ipſa enim Unius abſentia, hæc omnia in ipſis Multis apparere cogit. Impoſſibile igitur *eſt*, neque multa participare Unum, neque ipſum Unum *particeps eſſe* Multorum. Si verò & ipſum Unum particeps eſt Multorum, & Multa *participant* Unum, & hæc utraq; ſunt viciſſim alia in aliis, neceſſe *eſt* aliam eſſe præter hæc, naturam ex tertiis *quibuſdam exiſtentem*, quæ neque Unum eſt, neq; Multa. His enim utriſque inter ſe mixtionis cauſam ipſis ineſſe, mixtis, oportet profectò hujus quæ & multitudinem cum Uno, & Unum cum multitudine conjungit. Neceſſe enim *eſt* id omne, quod eſt mixtum, mixtionis cauſam habere. Etenim, (ut ſummatim rem totam expediamus) ſi Unum, & multitudo ſe mutuo participant, neque ipſum Unum multitudini *eſt* eſſentiæ cauſa, neque ipſa multitudo ipſi Uni: ſed quiddam tertium amborum, *id eſt*, *quiddam, quod eſt inter hæc duo*, & quod eſt ante hæc *duo*. Quid enim erit illud, quod hanc quidem multitudinem, illud verò unum fecerit? Quæ verò communionis iſtius, & inter ſe mutui congreſſus cauſa ipſius Unius, quatenus *eſt* Unum, ſi *Vnum* nuſquam cum multis communionem habeat? Quatenus enim *ſunt* Multa, & Unum, *eatenus ſunt* alia ab aliis altera, *alia ab aliis differunt*, *& inter ſe ſunt diverſa*. Et quatenus neutrum ex neutro *ſunt inter ſe*, *& quatenus non ſunt* alia cum aliis *quaſi mutuo quodam*

vinculo

vinculo conjuncta, eatenus nullam sympathiam habent, *id est, nullam naturæ cognationem, nullumq; consensum, & quasi concentum.*

Quid igitur ipsa in Unum coegit, *atque contraxit*, cùm se mutuò fugiant, & inter se non sint mixta, *nec alia cum aliis misceantur?* Neque enim fieri potest, ut se mutuò optent, *& alia aliorum mutuo desiderio flagrent*, cum inter se adeò dissideant, vel *oportet* ipsorum congressum esse fortuitum. Si enim ita res habet, *hæc* erunt aliquando etiã separatim alia ab aliis, quamvis nunc ista fortuitò *sint* simul. Sed tamen fieri non potest, ut Multa sint separatim. Non igitur fortuitò *fit* ista mixtio. Quinetiam ne ab ipsis quidem *manat ista mixtio.* Si quidem ne Unum quidem Multorum aliorum *est causa*, neque Multa *sunt* Unius causa. Hoc igitur, quod præstantius *dicitur*, quidnam est? Vel enim est Vnum, vel non Unum. Sed si quidem etiam *est* ipsum Unum, rursus quæremus de hoc, utrum particeps sit etiam ipsius multitudinis, an nullius. Etenim si *multitudinem* hanc participat, perspicuum *est* quòd aliud aliquid ante hoc secundùm eandem rationem apparebit, & hoc in infinitum *progredietur.* Si verò hujusmodi *Vnum* est ubique multitudinis, *& multiplicationis* expers, non erit rursus verum, quod ab initio *dictum est*, quod scilicet neq; Multa Unum participent, neque Unum *particeps sit* Multorum.

Dico autem, *ac intelligo* ipsum maximè-proprium, & primò Unum. Sed est quidem aliquid, quod *est* in Multis Unum. Est autem quoddam Unum, quod non-est-particeps *aliorum, nec ullam cum aliis communionem habet*, & quod simpliciter est Unum, aliud verò nihil. Si verò *illud est* Unum, quod *est* ante hæc ambo, oportet profectò hoc ipsum non Unum, præstantius esse ipso Uno. Omnia enim ipsi Uni & sunt, quæ sunt, & fiunt, quæ fiũt, *i.e. omnia, quæ sunt, & fiũt in ipsius Vnius gratiam, e quidem causâ sunt, & fiunt, & propter ipsum Vnum sunt id, quod sunt.* Et cum ipso quidem illo, *quod dicitur & est* Unum, unum-quodq; ipsorum Entium servatur. Sine verò illo, *quod vocatur, & est* Unum, *unumquodque ipsorum Entium*, in suam perniciem it, *& in suum interitum ruit.* Sed etiam ipsa mixtio Unius, & multitudinis, quam ipsis Entibus præbet id, quod est non Unum, communio, & unio est. Et ipsum Ens igitur, & ipsum Unum, non Unum, nullius alius ipsis Entibus est causa, quam illius, *quod vocatur & est* Unum. Si igitur ipsum Unum *est* causa hujusmodi *rei*, ipsum non Unum, non erit causa præstantioris.

Oportet enim id, quod est præstantius ubique, præstantioris alterius ipsis Entib. causam esse, secundũ suam facultatem, *& pro viribus.* Sic enim erit præstantius quia majus bonum secundum suam naturam, boni majoris, & præstantioris causa est *illis Entibus*, quib. minus *bonum est causa boni* minoris. Ex his igitur necesse *est* & ipsa Multa participare Unum, & ipsum Unũ non mixtũ esse cum multitudine, & nihil esse præstantius Uno: sed hoc *Vnum* multis etiã esse causam ipsius esse, *pro causam esse cur multa sint.* Quidquid enim ipso Uno privatur *illud* in nihil statim, & in suam pernicie diffugit *i.e. in nihilũ redigitur, & in suum interitum subito ruit.* Quod verò non est Multa, non simul Multa non est, & Nihil est. Nam illi quidem, *quod vocatur, & est* Unum, opponitur id, *quod est* non Unum. Illi verò, *quod est, & vocatur*

λήλων, καὶ ἢ μηδέτερον ὂκ μηδέτερου πρὸς ἄλληλα, ἀσυμπαθῆ.

Τί οὖν αὐτὰ συνήγαγε εἰς ἓν, φύγοντα ἄλληλα, καὶ ἄμικτα ἀλλήλοις ὄντα; οὔτε γὰρ ἄλληλα προθεῖν δυνατὸν οὕτω διαφέροντα ἐν ἀλλήλοις, ἢ ἠσπασμένως μᾶλλον εἶναι τῷ σώζεσθαι αὐτῶν· εἰ γὰρ ἔτυχεν οὕτως, ἔστι ποτὲ καὶ χωρὶς ἀλλήλων, εἰ καὶ νῦν ὁμοῦ ταῦτα κατὰ τύχην. ἀλλὰ μὴν χωρὶς εἶναι τὰ πολλὰ ἀδύνατον. ὂκ ἄρα κατὰ τύχην ἡ μίξις. ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ἀπ' αἰτίου. ἅπας μηδὲ τὸ ἓν τῶν πολλῶν ἄλλων, μηδὲ τὰ πολλὰ τοῦ ἑνός ἄλλα. τοῦτ' δὴ οὖν τὸ κρεῖττον τί ποτ' ἐστίν; ἢ γὰρ ἕν ἐστιν, ἢ οὐχ ἕν. ἀλλ' ἡμῖν καὶ αὐτὸ ἓν, πάλιν ἐρησόμεθα περὶ πύπου, πότερον μετέχῃ καὶ τοῦ πλήθους, ἢ οὐδενός. καὶ γὰρ εἰ τοῦτο μετέχῃ, δῆλον ὡς ἄλλο τὸ πρὸ πύπου κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἀναφανήσεται, καὶ πύπα εἰς ἄπειρον. εἰ δὲ ἔστιν ἀπλήθωπον παύτῃ τὸ πιοῦτον, ὂκ ἂν εἴη πάλιν τὸ ἐξ ἀρχῆς ἀληθὲς, ὡς ὂκ ἄρα πέ τι πολλὰ τοῦ ἑνὸς, καὶ τὸ ἓν μετέχῃ τῶν πολλῶν.

Λέγω δὴ τὸ κυριώτατον, καὶ πρώτως ἕν. ἀλλ' ἔστι μὲν ἓν τὸ ὂν τοῖς πολλοῖς ἕν. ἔστι δέ τι τὸ ἀμέθικτον ἓν, καὶ ὁ ἁπλῶς ἐστιν ἓν, ἄλλο δὲ οὐδέν. Εἰ δὲ ἓν τὸ πρὸ ἀμφοῖν, δεῖ δὴ ποῦ· οὐχ ἕν, κρεῖττον εἶναι τοῦ ἑνός. παύτα δὴ τῷ ἑνὶ καὶ ἔστιν, ἃ ἐστὶ, καὶ γίνεται, ἃ γίνεται. καὶ μετὰ μὲν τοῦ ἓν, ζώζεται τῶν ὄντων ἕκαστον. χωρὶς δὲ τοῦ ἑνὸς, εἰς τὸ ἑαυτοῦ προάγεται φθοράν. ἀλλὰ καὶ ἡ μίξις αὐτὴ τοῦ ἑνὸς, καὶ πλήθους, ἓν παρέχῃ τοῖς οὖσι τὸ οὐχ ἕν, κοινωνία, καὶ ἕνωσις ἐστι. καὶ τὸ ἓν ἄρα, καὶ τὸ ἕν, οὐχ ἕν, οὐδενὸς ἄλλου τοῖς οὖσιν αἴτιόν ἐστιν, ἢ τοῦ ἕν. εἰ δὴ τοῦ πιοῦτου τὸ ἓν αἴτιον, ὂκ ἔσται κρεῖττον αἴτιον τὸ οὐχ ἕν.

Δεῖ δέ γε τὸ κρεῖττον πανταχοῦ κρεῖττον ἄλλου τοῖς οὖσιν αἴτιον εἶναι, κατὰ τὴν αὐτοῦ δύναμιν. οὕτω γὰρ ἂν εἴη κρεῖττον, ὡς μᾶλλον ἀγαθὸν, κατὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν μείζονος ἀγαθοῦ, καὶ κρεῖττον αἴτιόν ἐστιν, οἷς τὸ ἧττον ἐλάττονος. ὂκ δὴ πάντων αἰάγκη, τὰ πολλὰ μετέχειν τοῦ ἑνὸς, καὶ τὸ ἓν ἄμικτον εἶναι πρὸς τὸ πλῆθος, καὶ μηδὲν εἶναι τοῦ ἑνὸς κρεῖττον, ἀλλὰ τοῦτο καὶ τοῦ εἶναι τοῖς πολλοῖς αἴτιον εἶναι. πᾶν γὰρ δὴ τὸ τοῦ ἑνὸς στερόμενον, εἰς τὸ μηδὲν ὄλλυς, καὶ τὴν ἑαυτοῦ ἀφανίζεται φθοράν. τὸ δὲ μὴ πολλὰ ὄν, οὐχ ἅμα πολλὰ ὂκ ἔστι, οὐδὲν ἔστι. τοῦ μὲν γὰρ ἓν, τὸ οὐδὲν αἰτίκεται. τοῦ

δὲ αὖ πολλά, τὸ οὐ πολλά. εἰ τοίνυν μὴ ταυτὸν τὸ, τι ἓν, καὶ τὸ πολλὰ, οὐδὲ αὖ τὸ μὴ πολλὰ τῷ μηδὲν εἶναι ταυτόν.

Ταύτῃ μὲν οὖν ἡμῖν σκοπουμένοις, τὸ ἓν ἐπέκεινα τοῦ πλήθους φάναι, καὶ αὔτιον τοῦ εἶναι τοῖς πολλοῖς. δεῖ δὲ αὖ καὶ ἕτερον τρόπον ἡμᾶς τὸν αὐτὸν λόγον μεταθέντας, ἰδεῖν εἴ πῃ τοῖς εἰρημένοις ἑπόμεθα, καὶ εἰς τὸ αὐτὸ πέρας ἀναξόμεθα. ἀνάγκη πάντως ἢ μίαν εἶναι τὴν ἀρχὴν, ἢ πολλάς. μᾶλλον δὲ ἐντεῦθεν ἀρκτέον. καὶ εἰ πολλὰς, ἢ συμπαθεῖς ἀλλήλαις, ἢ διεστηκυίας ἀπ' ἀλλήλων, καὶ ἢ πεπερασμένας, ἢ ἀπείρους. εἰ δὲ μίαν, ἤτοι μὴ οὐσίαν πάντων, ἢ οὐσίαν. καὶ εἰ οὐσίαν, ἢ ζωτικὴν πάντων, ἢ ἀσώματον. καὶ εἰ ἀσώματον, ἢ χωριστὴν τῶν σωμάτων, ἢ ἀχώριστον.

καὶ εἰ χωριστὴν, ἢ κινουμένην, ἢ ἀκίνητον. καὶ εἰ μὴ οὐσίαν, ἢ καταδεεστέραν πάσης οὐσίας, ἢ μεθεκτὴν ὑπ' οὐσίας, ἢ ἀμέθεκτον. εἰ μὲν πάντων αἱ ἀρχαὶ πολλαὶ, καὶ μὴ συμπαθεῖς ἀλλήλαις, οὐδὲν ἐξ αὐτῶν ἔσται τῶν ὄντων, οὐδὲ ἔσονται γνωταὶ πάντων, ἀλλ' ἑκάστη πάντα καθ' αὑτήν. πόθεν γὰρ κοινωνία τῶν κατὰ φύσιν ἀλλοτρίων, ἢ τίς συμπάθεια τῶν παντελῶς ἑτεροφύλων ἐστί; καὶ δὴ καὶ πρὸς τούτοις ἔσται τὰ πολλὰ μὴ μετέχοντα τοῦ ἑνός.

εἰ γάρ ἐστιν ἓν τι κοινὸν ἐν πάσαις, οὐκ ἂν εἴησαν πάντη κεχωρισμέναι καθ' οὐσίαν ἀπ' ἀλλήλων. εἰ οὖν ἕπεται, καὶ μηδὲν ταυτὸν ἔσεσθαι αὐτάς ἐστι, πολλαὶ μένουσιν αἱ ἀρχαὶ, καὶ οὐδαμῶς ἕν. εἰ δὲ πολλαὶ, καὶ συμπαθεῖς ἔξουσί τι κοινόν. ὃ καὶ πάσας ἀγαθὰς καὶ συμπαθεῖς, καὶ ὁμοίως διατεθείσης πάσης. ζωτικὰς γὰρ εἶναι συμπαθῆ λέγομεν, οἷς ταυτὸν συμβαίνει πάσχειν. τὰ δὲ ὅμοια, πάντως τοῦ ἑνὸς εἴδους μετέχοντα, καὶ μιᾶς φύσεως, ὅμοιά ἐστιν. εἰ δὲ ζωτικὰ οὕτως ἔχοντά ἐστιν, ἀνάγκη τὸ πᾶν ἐκεῖνο τὸ παντελὲς, καὶ ἐν πάσαις ἓν ταῖς ἀρχαῖς, κυριώτερον εἶναι τῶν πολλῶν. πῶς γοῦν αὐτὰς δίδωσι καὶ τὸ γίνεσθαι τὸν πρὸς ἄλληλα συμπάθειαν, καὶ τὸν κατὰ φύσιν κοινωνίαν παρέχον.

καὶ αὖ εἰ μὲν ἄπειροι ἀρχαὶ, ἢ καὶ τὰ ἐξ αὐτῶν ἄπειρα, καὶ ἔσται δὶς ἤδη τὸ ἄπειρον, ἢ πεπερασμένα ἀλλ' ἔσονται αἱ πᾶσαι ἀρχαί. τὰ γὰρ πεπερασμένα, πάντως ἐκ πεπερασμένων ἐστί. μᾶλλον οὖν ἄπειροι, πρὸς τὸ καὶ τὴν ἀπειρίαν αὐτῶν τοῖς ἀγνώστους εἶναι, καὶ τὰ ἐξ αὐτῶν. τῶν γὰρ ἀρχῶν ἀγνοουμένων, ἀνάγκη καὶ τὰ ἐξ αὐτῶν

Multa, *opponitur* illud, *quod est*, & *vocatur* non Multa. Si igitur non idem *est* & ipsum Unum, & ipsa Multa, neque etiam ea, quæ sunt non Multa, erunt idem cum eo, *quod est* Nihil.

Sic igitur nobis *rem* spectantibus, & *attentè considerantibus*, ipsum Unum supra multitudinem, *eaq; superius*, apparet, & causa ipsius esse Multis, *id est*, & *causa videtur esse, cur Multa sint*. Oportet autem etiam alio modo nos eandem rem persequentes, videre sicubi *res jam ante* dictas consequamur, *rebusq; supra dictis consentanea ducamus*, & ad eundem finem reducamus. Necesse igitur *est*, vel unum esse principium, vel multa. Vel potius hinc initium-ducendum, & *videndum* si multa *principia statuamus*, vel mutua naturæ cognatione inter se consentientia, & *mutuo quodam affectu inter se conjuncta*, vel dispersa alia ab aliis, *ita ut nulla prorsus communione sint inter se communia*, & vel finita, vel infinita. Si verò *statuamus principium* unum hoc *profectò dicemus esse* vel non essentiam, vel essentiam. Et si *dicamus id esse* essentiam, vel corpoream, vel incorporeã hanc *esse dicemus*, Et si *dicamus eam esse essentiam* incorpoream, *dicemus ipsam esse* vel separatam, & *separabilem* à corporibus, vel inseparabilem, *neque separatam ab iis*.

Et si separatam, *vel separabilem*, *dicemus illam esse* vel mobilem, & *quæ movetur*, vel immoram, *immobilem*, & *quæ nec movetur, nec moveri potest*. Et si *dicamus principium esse* non essentiam, *dicemus ipsum esse* vel inferius omni essentia, vel participabile ab essentia, vel non participabile *ab ea*. Si igitur principia *sunt* multa, nec mutua naturæ cognatione inter se consentientia, ex ipsis *principiis* nullum ipsorum Entium *manans* erit, neq; erunt omnibus *Entibus principia* communia: sed *eorum* unum-quodque per se faciet, *id*, *quod faciet*, & *solum*, *ac ab aliis separatum erit*. Quænam enim *est* communio rerum secundùm naturam alienarum, *quæ naturaliter inter se nullam habent communionem: sed aliæ ab aliis maximè dissident?* Aut quodnam est mutuum-auxilium eorum, quæ prorsus sunt diversi-generis? Quinetiam præterea ipsa Multa non participabunt Unum, *nec illo communionis vinculo cum Uno conjungentur*.

Si enim est Unum quiddam commune in omnibus *principiis*, non erunt ubique secundùm essentiam separata alia ab aliis. Si vero diversa sunt *principia*, & nihil idem *est* in ipsis, multa tantũ sunt, & nullo-modo Unũ. Si verò *sunt principia* multa, & cognatione naturæ consentientia, *mutuoq; affectus vinculo inter se conjuncta*, habebunt aliquid commune, quod etiam omnia *principia* deducit ad illam sympathiã, *naturaq; consentientem cognationem*, *& affectus mutuã communionem*, & similiter omnia declarat. Illa enim dicimus esse *συμπαθῆ*, quibus accidit, ut idem patiantur, *& quæ eodem affectu simul tanguntur*, *& afficiuntur*. Similia verò, quia prorsus unam formam participant, & unam naturam, similia sunt. Si vero hæc ita se habent, necesse *est* illud omne, quod ubique & in omnibus principiis est, præstantius, *atq; potentius* esse Multis. Hoc autem ipsis *principiis* dat & ipsum generare mutuam inter se sympathiam, *& affectus communionem*, & *hoc ipsum* ipsam secundum naturam, *i. e. naturalem* commutionem *ipsis* præbet.

Et rursus, si quidem infinita *sunt* principia, vel etiam ea, quæ *manant* ab ipsis, *sunt* infinita, & jam *ita* bis erit infinitum, vel *sunt* finita, & *hoc modo* non omnia *principia* erunt principia. Quæ enim sunt finita, omninò sunt ex finitis. Frustrà igitur infinita *sunt principia*, præter illud, quod & ipsa infinitas faciat & ipsa *principia*, & illa, quæ ex ipsis *principiis procedunt*, ignota. Principiis enim ignoratis, necesse *est* & illa, quæ ex ipsis *principiis manant*, ignorari. Tunc enim putamus nos cognoscere singula, quum *eorum* causas cognoscimus.

ſcimus, & ipſa prima principia. Si verò *principia ſunt* finita, patet aliquem ipſorum ſore numerum. Ipſum enim numerum, multitudinem finitam vocamus. Si verò numerus *ponatur*, neceſſe *eſt* & ipſam numerorum omnium cauſam eſſe. Omnis enim numerus ab Vno *manat*. Et hoc eſt principium numerorum, ipſum Vnũ. Hoc igitur erit principiorum principium, & cauſa finitæ multitudinis, quia & ipſe numerus *eſt aliquid* Vnũ, & ipſe finis in Multis eſt Vnum, & Multa finit illo, *id eſt, per illud, quod eſt, & vocatur* Vnum. Si verò unum eſt principium, & hoc *ipſum eſt* eſſentia, neceſſe *eſt*, ſi vel corpoream, vel incorpoream hanc *eſſentiam eſſe* ſtatuamus, principium hoc aliorum *principiorum eſſe principium* conſiteri.

Ergo ſi cauſa generationis, *& ortus* ipſorum Entium *eſt* corpus, neceſſe profectò *eſt*, *corpus* ipſum eſſe dividuum, & partes habere. Omne enim corpus ſuâ naturâ dividuum *eſt*. Etenim omnis magnitudo, totum quiddam eſt. Totum verò *conſtat* ex partibus. Hæ igitur partes (ipſas verò ſingulas *partes* dico) hæ *inquam partes* vel participabunt unum-quodque Vnum cujuſvis *Entis*, vel non participabunt. Si igitur non participant *unum-quodque cujuſvis Entis Vnum*, Multa tantum erũt, & nullo-modo *tantúm* Vnum. Ergò ne id quidem, quod ex ipſis *procedet*, totum erit. Nullo enim Vno exiſtente, nequaquam id, quod ex omnibus *conficitur*, erit Vnũ. Si verò participant aliquid hujuſmodi, & eſt aliquid Idem in omnibus, neceſſe *eſt* id, quod eſt hujuſmodi, incorporeum, & individuum eſſe ſecundùm ſuam naturam. Si enim & ipſum *omnium Entium principium eſt* corporeum, vel totum eſt in una-quaque partium, vel non totum, Et ſi quidem *eſt* totum in unaquaque *parte*, ipſum à ſe ipſo ſeparatum erit. Partes enim aliæ ab aliis *ſunt* ſeparatæ *in illis rebus*, in quibus ſunt, *& quarum ſunt partes*.

Si verò non totum *eſt*, dividuum igitur & hoc erit, & partes habebit eodem modo, quo partes *ſuprà* dictæ. Et rurſus eadem *eſt* ratio, *quæ poteſt afferri* de his, *quæ jam dicentur*. *Nam* ſi & in his eſt aliquid commune, vel nihil *commune*, & ipſa Multa ſine Vno ponemus, *Vnoq; Multa carere poſſe dicemus*. Sed jam ipſum totum *eſt* ſpectandũ. Omne enim corpus & totum eſt, & partes habet. Quid igitur ipſius *corporis* partes continebit, ſi plures ſint *partes*? Neceſſe enim *eſt* vel ipſum totum ipſarum partiũ, vel ipſas partes ipſius totius integri unificas dicere, *quòd vel ipſum totum ex partib. corpus unũ conſtituum efficiat, vel ipſæ partes unum totum conficiant integrum*. Vel tertium aliquid eſt ante hæc duo, quod neque totum, neque pars ulla eſt. Et ipſum totum ſuis partibus etiam ipſas partes cum toto *conjunctas* continere, & unire *dicendum eſt*. Sed ſi quidem ipſum totum ipſas partes continet, ipſum totum erit incorporeum, & individuum. Si enim *Totum eſſe dicas* corpus, hoc etiam erit dividuum, & indigebit naturâ, quæ partes continere poſſit. Hoc autem in infinitum *progredietur*. Si verò ipſæ partes *continent* ipſum Totum, quomodo Multa continebunt Vnum?

Et *quomodo ea*, quæ ſunt diviſa, *continebunt* id, quod ex ipſis eſt *productum*? Contrà enim neceſſe *eſt* ipſum Vnum habere facultatem unionis multorum, non autem ipſa multa *vim habere Vnionis* Vnius.

ἀγνοεῖσθαι. πῶς γὰρ εἰσόμεθα γινώσκειν ἕκαστον, ἐὰν τὰ ἄτομα γνωρίσωμεν, καὶ τὰς ἀρχὰς τὰς πρώτας. εἰ δὲ πεπερασμένα, δῆλον ὡς ἔστι τὰς αὐτῶν ἀριθμούς. τὸν γὰρ ἀριθμὸν, πλῆθος ὡρισμένον φαμέν. εἰ δὲ ἀριθμὸς, ἀνάγκη καὶ τὸ τῶν ἀριθμῶν ἅπαντων ἄτομον εἶναι. πᾶς γὰρ ἀριθμὸς ἐξ ἑνός. καὶ πῶς ἀρχὴ τῶν ἀριθμῶν τὸ ἕν. ἔστιν οὖν ἀρχῶν ἀρχὴ πῶς, καὶ ἄπειρον τὸ πεπερασμένου πλῆθος, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ἀριθμὸς ἕν, καὶ τὸ πέρας ἕν ἐστιν ἐν πολλοῖς, καὶ ὁρίζει τὰ πολλὰ τῷ ἕν. μιᾶς δὲ τῆς ἀρχῆς οὔσης, καὶ οὐσίας πως τινος, ἀναγκαῖον ἢ ζωμαλικὸν πῶμα, ἢ ἀσώματον διῃρῆσθαι, ἀρχὸν πῶμα τῶν ἄλλων ὁμολογῶ.

Ὅλον δὲ ζῶμα τὸ οὗτον τῆς φύσεως τῶν ὄντων, ἀνάγκη δή που διαιρετὸν ὑπάρχειν αὐτὸ, καὶ μέρη ἔχειν. πᾶν γὰρ ζῶμα τῇ ἑαυτοῦ φύσει διαιρετόν. καὶ γὰρ ὅπαν μέγεθος, ὅλον τί ἐστι. τὸ δὲ ὅλον, ἐκ μερῶν. ζῶπα πίνυν τὰ μόρια (λέγω δὲ ἕκαστον αὐτῶν) ἢ μεθέξῃ ζῶπα διαιρεῖν ἕκαστον ἓν, ἢ οὐ μεθέξῃ. μὴ μετέχοντα μὲν οὖν, πολλὰ μέντοι ἔσται, καὶ οὐδαμῶς ἕν. ὄχεῦν οὐδὲ τὸ ἐξ αὐτῶν, ὅλον αὖ εἴη. μηδενὸς γὰρ ὄντος ἑνὸς, ὄχ ἂν τὸ ἐκ πάντων γένοιτο ἕν. εἰ δὲ μετέχῃ ἑνὸς τινὸς πού που, καὶ ἔστι τι πάντων ἐν πᾶσιν, ἀνάγκη τὸ τοιοῦτον ἀσώματον εἶναι, καὶ ἀμέριστον κατὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν. εἰ γὰρ δὴ καὶ αὖτο ζωμαλικὸν, ἢ ὅλον ἐστὶν ἐν ἑκάστῳ τῶν μορίων, ἢ οὐχ ὅλον. εἰ μὲν δὴ ὅλον ἐν ἑκάστῳ, αὐτὸ ἑαυτοῦ κεχωρισμένον ἔσται. πᾶ γὰρ μόρια χωρὶς ἀλλήλων, ἐν οἷς ἐστίν.

εἰ δὲ οὐχ ὅλον, μεριστὸν ἄρα ἢ πῶς ἔσται, ἢ ἐξῇ μέρη κατὰ τὸ αὐτὸ τῆς διῃρημένοις μέρεσι. ἢ ὁ αὐτὸς αὖθις περὶ τούτων λόγος. εἰ ἢ ἐν πότοις ἐστὶ λευκότης, ἢ οὐδὲν, ἢ πᾶ πολλὰ χωρὶς ἑνὸς ῥηστὸν. ἀλλὰ δὴ τὸ ὅλον σκεπτέον. πᾶν γὰρ ζῶμα ἢ ὅλον ἐστὶ, ἢ μέρη ἔχῃ. τί πίνυν αὐτὸ τῶν μερῶν δήπου σωσεκλικὸν ἂν εἴη, πλειόνων ὄντων; ἀνάγκη γὰρ ἢ τὸ ὅλον τῶν μερῶν, ἢ πᾶ μέρη τοῦ ὅλου πάντες ἐναντία λέγειν. ἢ τρίτον τί περὶ ἀμφοῖν, ὃ μήτε ὅλον, μήτε μέρεσιν μηδέν ἐστι. τό, τι ὅλον τοῖς αὐτοῦ μέρεσι, ἢ τὰ μέρη πρὸς τὸ ὅλον σωέχειν τι, ἢ ἐνεῦν. ἀλλ' εἰ μὲν τὸ ὅλον τῶν μερῶν σωεκλικὸν, ἀσώματον ἂν εἴη τὸ ὅλον, καὶ ἀμερές. εἰ γὰρ ζῶμα, καὶ πῶς μεριστὸν ἔσται, ἢ διέσει τὴν φύσιν σωέχειν τὰ μέρη διῃρημένης. ἢ πῶς εἰς ἄπειρον. εἰ δὲ τὰ μέρη τοῦ ὅλου, πῶς τὰ πολλὰ τοῦ ἑνὸς σωεκλικά;

ἢ τὰ διῃρημένα τοῦ ἐξ αὐτῶν ὅλου; πάνυ μὲν γὰρ ἀνάγκη τῶν πολλῶν τὸ ἕν, ἀλλ' οὐ τὰ πολλὰ τῆς τοῦ ἑνὸς τῶν τῆς ἑνώσεως δύναμιν ἔχειν.

εἰ δὲ τὸ ἀμφοῖν ἐστὶν, ὃ μήτε ὅλον ἐστὶ, μήτε μόρια ἔχει, ἀμέριστον ἂν εἴη πῶν παντελῶς. ἀμέριστον δὲ ὄν, καὶ ἀδιάστατον ἀναγκαῖον εἶναι. τὸ γὰρ διαστατὸν πᾶν, μέρη τε ἔχει, καὶ διαιρετόν ἐστιν. ἀδιάστατον δὲ ὂν, καὶ ἀσώματόν ἐστι. πᾶν γὰρ σῶμα διαστατόν. ἔτι πάντων τῶν ἀρχικῶν ἀΐδιον ἀναγκαῖον εἶναι. πᾶν γὰρ δὴ τὸ ὂν, ἀΐδιόν ἐστιν, ἢ φθαρτόν. σκοπῶν καὶ τῶν ἀρχικῶν τῶν ὄντων ἀΐδιον, ἢ φθαρτὸν εἶναι δεῖ. ἀλλ' εἰ μὲν φθαρήσεται καὶ τοῦτο ὑποτιθέμεθα, οὐδὲν ἔσται τῶν ὄντων ἄφθαρτον. ἀρχῆς γὰρ ἀπολυμένης, οὔτε αὐτὸ τοῦτο ἔκ τινος, οὔτε ἄλλο ἐξ ἐκείνης γενήσεται.

Οὔτε γὰρ ἑαυτὸ δυνήσεται γενᾶν (οὐδὲ γάρ ἐστιν, εἴπερ μὴ ἀΐδιόν) οὔτε ἄλλο αὐτὸ, εἴπερ ἀρχή ἐστι τῶν πάντων. εἰ δὲ ἄφθαρτός ἐστι, δύναμιν ἕξει τοῦ μὴ φθαρήσεσθαι, καὶ τοῦτο ἄπειρον, ἵνα εἰς ἄπειρον ᾖ τὸν ὅλον χρόνον. πᾶσα γὰρ περιγραμμένη τοῦ εἶναι δύναμις, φθαρτὴ κατὰ φύσιν ἐστίν. ἄπειρον δὲ, τῶν ἀϊδίων, εἶς τὸ εἶναι ἐπ' ἄπειρον. ὀκνοῦν τὸ ἄπειρον τοῦτο (λέγω δὴ τὸ κατὰ δύναμιν ἄπειρον. ἢ ἀμέριστον, ἐστιν ἢ μεριστόν. ἀλλ' εἰ μὲν μεριστὸν, ἔσται ἐν περιγραμμένῳ σώματι τὸ ἄπειρον. ἡ γὰρ ἀρχὴ περιγραμμένον. εἰ γὰρ ἄπειρον, οὐδὲν ἄλλο ἔσται πλὴν αὐτῆς. εἰ δὲ ἀμερὲς, ἀσώματον. ἀλλ' ἡ μὲν τοιαύτη τοῦ εἶναι δύναμις ἔστι. καὶ ἡ ἀρχὴ τῶν ὄντων, ἥ δύναμις αὐτὴ, δι' ἣν καὶ τὸ ὑποκείμενον αὐτῇ, ἀεί ἐστιν.

Ὅτι μὲν οὖν σωματικὴν εἶναι τὴν ἀρχὴν τῶν ὄντων ἀδύνατον, φανερὸν ἐκ τούτων ἐστίν. εἰ δὲ ἀσώματον, ἢ χωριστὴν αὐτὴν, ἢ ἀχώριστον εἶναι τῶν σωμάτων. ἀλλ' εἰ μὲν ἀχώριστον, πάσας ἕξει τὰς ἐνεργείας ἐν σώμασι, καὶ περὶ σώματα οὔσας. πᾶν γὰρ ἐστιν ἀχώριστον σώματος, ὃ μηδαμοῦ πέφυκεν ἢ ἐν σώμασι, καὶ μετὰ σωμάτων ἐνεργεῖν. εἰ δέ ἐστιν ἡ ἀρχὴ τοιαύτη, δῆλον ὡς ἀνάγκη μηδὲν τῶν καθ' αὐτὴν κυριώτερον εἶναι τῆς τῶν ὄντων ἁπάντων ἀρχῆς. εἰ δὲ μηδέν ἐστι χρεῖττον ἐν τοῖς σώμασι τοῦ περὶ τὰ σώματα, καὶ ἐν τοῖς σώμασι, καὶ περὶ τὴν σωματικὴν οὐσίαν ὑφεστῶσάν τε, καὶ ἐνεργοῦσαν διὰ μέσου, οὐδαμοῦ τῶν ὄντων ὁ νοῦς ἔσται, καὶ ἡ κατὰ νοῦν ἐνεργοῦσα δύναμις. πᾶσα γὰρ ἡ τοιαύτη κίνησις ἄνευ διὰ μέσου οὐδὲν εἰς σώματα ποιεῖσθαι. δεῖ δὲ οὔτε ἐκεῖ, οὐδ' ἐστὶ τὸ γενώμενον τῶν σφετέρων αἰτίων ὑπερβάλλειν δύναμιν.

Πᾶσαι γὰρ αἱ ἐν αὐτοῖς ἐκ τῶν πρώτων ἐστὶ, καὶ ἐκεῖνα κύρια τῆς οὐσίας αὐτῶν. εἰ οὖν ἡ ἀρχὴ τῶν ὄντων δύναται νοῦν, καὶ φρόνησιν γενναν, πῶς οὐκ ἐν αὐτῇ, καὶ ἐν αὐτῇ γενᾷ.

Nam ipsum quidem Vnum multa unire potest, multa verò Vnum unire nequeunt. Si verò hoc utrunque *verum* est, *& aliquid est*, quod neque totum est, neque partes habet, hoc erit prorsus individuum. Si verò est individuum, etiam dimensionis-expers esse necesse *est*. Quidquid enim dimensionem habet, id & partes habet, & dividuum est. Quod verò dimensionis-expers est, id & incorporeum est. Omne enim corpus dimensionem habet. Præterea verò necesse *est* ipsum principium æternum esse. Nam omne Ens est æternum, vel corruptioni obnoxium. Ergò concedendum *est* & ipsum ipsorum Entium principium æternum, vel corruptioni obnoxium esse. Sed si & hoc *principium* corrumpi concedamus, nullum ex Entibus erit corruptionis expers. Principio enim pereunte, nec ipsum *principium* unquam ex aliquo, neque aliud ex illo nascetur.

Neque enim *ipsum principium* se ipsum generare poterit (neque enim est, nisi *sit* æternum) neque alius ipsum *generabit*, si modò principium est omnium *rerum*. Si verò corruptionis-expers est, facultatem habebit, per quam non corrumpetur, & eam infinitam, ut in infinitum sit *per* totum tempus. Omnis enim finita ipsius esse, *vel, ipsius essentiæ* facultas, secundùm naturam est *rei* corruptibilis, *id est rei, quæ corruptioni est obnoxia*. Infinita verò *facultas, est rerum* æternarum, quibus *est* ipsum esse, *vel, ipsa Essentia* in infinitum *procrediens*. Ergo hoc infinitum (dico autem id, quod facultate est infinitum) vel individuum est, vel dividuum. Sed si quidem *est* dividuum, ipsum infinitum erit in corpore finito. Ipsum enim principium *est* finitum. Si enim *esset* infinitum, nihil aliud esset præter ipsum *principium*. Si verò *esset* expers-partium, ipsa facultas infinitatis ipsius esse, *vel, ipsius essentiæ* esset incorporea. Et ipsum principium ipsorum Entium, quatenus *est* facultas illa, propter quam & ipsum subjectum *inest* ipsi, semper est.

Quod igitur fieri non possit, ut ipsum ipsorum Entium principium sit corporeum, ex his, *quæ dicta sunt*, est manifestum. Si verò *principium est* incorporeum, *oportet* ipsum vel separatum esse, vel non-separatum à corporibus. Sed si quidem *est* non separatum, *à corporib.* omnes habebit actiones in corporibus & circa ipsa corpora versantes. Illud enim est non-separatum à corpore, quod nusquam, *nec in nullo alio loco*, quam in corpore, & cum corporibus agere naturaliter-solet. Si verò principium est tale, perspicuum *est*, necesse *esse*, nihil eorum, quæ sunt propter ipsum *principium*, præstantius esse ipso omnium Entium principio. Si verò nihil est præstantius in corporibus illa facultate, quæ circa corpora, & in corporibus, & circa corpoream essentiam & subsistit, & agit, nusquam ipsorum Entium Mens erit, & propter Mentem agens facultas. Omnis enim hujusmodi motus *manat* à facultate in corpora nihil agente. Fas autem nec fuit, nec est, ea, quæ generantur, suarum causarum facultatem superare.

Omnia enim, quæ *sunt* in ipsis *causis*, ex primis sunt, & illa dominationem obtinent essentiæ ipsorum *Entium*. Si igitur ipsum principium ipsorum Entium potest mentem, & prudentiam generare, quomodo non in ipsam *prudentiam*, & in ipsa *prudentia* generat *aliquid*?

E duobus enim alterum *eſt* neceſſarium, vel nullo-modo Entium eſſe ipſam mentem, vel *illis* inferiorem eſſe. Et ſi *in aliquibus Entibus* eſt, *habet facultatem* agendi tantum in corpora. Sed hæc quidem dici non poſſunt, *dictuque ſunt abſurda*. Si verò ſeparatum *eſt illud*, quod primum *eſt omnium* Entium, & quod eſt principium omnium *rerum*, vel mobile, vel immobile ipſum ponere, *facere, atque ſtatuere* omnino neceſſe *eſt*. Sed ſi quidem *eſt* mobile, erit aliquid aliud ante ipſum, circa quod movetur. Omne enim, quod movetur, alio manente *firmo*, *ac immoto*, circa ipſum mòveri naturaliter ſolet. Et præterea, propter deſiderium alius movetur. Oportet enim ipſum, dum aliquid deſiderat, moveri.

Quoniam & ipſe motus per ſe quidem *eſt* infinitus, ipſius verò finis eſt *illud*, cujus causâ *motus* eſt. Deſiderat autem vel aliud, vel ſe ipſum. Sed quidquid ſeipſum deſiderat, eſt immotum, *ac immobile*. Nam unumquodque, quod eſt ſui juris, *& quod in ſe totum eſt collectum*, *& ſua ſorte*, *& ſe ipſo contentum*, quid in altero eſſe deſideraret? Nam illorum quidem, quæ moventur, cui quidem propinquius *eſt* ipſum bonum, *illi* minor *eſt* motus, cui verò *bonum eſt* remotius, *pro*, *illi verò*, *à quo bonum eſt remotius*, *motus ad bonum aſſequendum eſt* major. Quod verò in ſe ipſo bonum habet, & cujus cauſa, *aliquid* eſt, hoc erit immotum, & ſtabile, *nec ullo modo movebitur*. Cùm enim ſemper in ſe ipſo ſit, in ipſo bono eſt. Quod verò in ſe ipſo eſt, in eodem eſt. Nam ipſum unum-quodque ſibi-ipſi *eſt* idem. Quod verò in ſe-ipſo eſt, *id* profectò ſtare, & immotum eſſe, *nec ullo modo moveri*, dicimus. Quod verò non eſt immotum, *nec immobile*, *illud* neque in ſeipſo eſt: ſed in altero *eſt*, & ad alterum *aſſequendum* movetur, & ipſius boni prorſus eſt indigens. Si igitur ipſum ipſorum Entium principium movetur, & quicquid movetur, propter boni indigentiam movetur, & ad alterum *contendit*, quod eſt expetendum ipſi, ipſi principio ipſorum Entium aliquid aliud erit expetendum præter ipſum *principium*, & circa quod eodem-modo ſe habens dicendum *eſt* ipſum moveri. Sed *hoc eſt* impoſſibile. Nam ipſum principium *eſt* illud, cujus causâ *omnia ſunt*, *& fiunt*, & quod omnia expetunt, & *eſt* illud, quod nullius *eſt* indigens. Si enim indigeret aliquo, prorſus eſſet inferius *eo*, quo indiget, & ad quod, ut expetendum, *ſuam* actionem dirigit. Si verò principium *eſt* immotum, *ac immobile*, (hoc enim *eſt* reliquum) neceſſe *eſt*, ipſum eſſe unam eſſentiam incorpoream, & eam, quæ ſemper eodem-modo ſe habeat. Quomodo *verò dicimus ipſum principium* habere, *& in ſe continere* ipſum Unum? Et quomodo *dicimus id*, unum eſſe? *Et quomodo dicimus id unam eſſentiam eſſe?* Si enim idem *eſt* Eſſentia, & Unum, ipſum principium eſſentiam eſſe dandum, *& concedendum erit*. Si verò eſſentia aliud *eſt*, *ac diverſum* ab Uno, & non Idem, *dicas hæc inter ſe differre*, ipſum Unum eſſe. & ipſum eſſentiam eſſe. Si enim ipſa eſſentia præſtantior *eſt ipſo Uno*, propter hanc *eſſentiam ipſum Unum* ipſi principio ineſſe dicetur. Si verò ipſum Unum *eſt* præſtantius, & eſſentiâ ſuperius, principium etiam *eſt* ipſius eſſentiæ, ipſum Unum.

δλυεῖν γὰρ ἀνάγκη θάτερον, ἢ μηδαμῶς τῶν ὄντων εἶναι τὸ νοεῖν, ἢ καταδεέστερον εἶναι. καὶ εἰ ἔστι, τοῦ πρώτου εἰς ζώματα μέτεστι. ἀλλὰ ζῶπα μὲν ἀδύνατα λέγειν. εἰ δὲ χωριστὸν τὸ πρῶτον τῶν ὄντων, καὶ ὃ ἐστιν ἀρχὴ τῶν πάντων, ἢ κινούμενον, ἢ ἀκίνητον αὐτὸ θέσθαι πάντως ἀναγκαῖον. ἀλλ' εἰ μὲν κινούμενον, ἔσταί τι πρὸ αὐτοῦ ἄλλο, πρὸς ὃ κινεῖται. πᾶν γὰρ δὴ τὸ κινούμενον, μένοντος ἄλλου, πρὸς αὐτὸ κινεῖσθαι πέφυκε. καὶ ἔτι πρὸς τοῦτο δι' ἕτερον ἄλλου κινεῖται. Δεῖ μὲν γὰρ αὐτὸ ὧνπερ ἐφίεμενον, κινεῖσθαι.

Διὸπ καὶ ἡ κίνησις αὐτὴ μὲν καθ' αὑτὴν, ἀέριος. πλοῦς δ' ἐστὶν αὐτῆς, οὗ ἕνεκα ἐστίν. ἐφίεται δὲ αὐ, ἢ ἄλλου, ἢ ἑαυτό. ἀλλὰ πᾶν τὸ ἑαυτοῦ ἐφιέμενον, ἀκίνητόν ἐστιν· ἑαυτοῦ γὰρ σπουδὴν ἕκαστον, τί αὖ δέοιτο τοῦ ἐν ἑτέρῳ γίνεσθαι; καὶ γὰρ τῶν κινουμένων, ᾧ μὲν ἔγγιον τὸ ἀγαθὸν, ἐλάττων ἡ κίνησις, ᾧ δὲ πορρώτερον, μείζων. ὃ δὲ ἐν ἑαυτῷ τὸ ἀγαθὸν ἔχει, καὶ οὗ ἕνεκά ἐστιν, ἀκίνητον ἔστω τοῦτο, καὶ ἑστώς. ἐν αὐτῷ γὰρ ἀεὶ ὄν, ἐν τῷ ἀγαθῷ ἐστι· τὸ δὲ ἐν αὐτῷ ὄν, ἐν τῷ αὐτῷ ἐστιν· αὐτὸ γὰρ ἕκαστον ἑαυτῷ ταυτόν. τὸ δὲ ἐν αὐτῷ ὄν, ἑστάναι δήπου φαμὲν, καὶ ἀκίνητον ὑπάρχειν. Ὃ δὲ μή ἐστιν ἀκίνητον, οὔτε ἐν αὐτῷ ἐστὶν, ἀλλ' ἐν ἑτέρῳ, καὶ κινεῖται πρὸς ἕτερον, καὶ τοῦ ἀγαθοῦ πάντως ἐστὶν ἐνδεές. εἰ οὖν ἡ ἀρχὴ τῶν ὄντων κινεῖται, πᾶν δὲ τὸ κινούμενον, δι' ἔνδειαν τοῦ ἀγαθοῦ κινεῖται, καὶ πρὸς ἕτερον, ὅ ἐστιν ἐφίεσθαι ἑαυτῷ, ἔσῃ ἄν τι τῇ ἀρχῇ τῶν ὄντων ἐφετὸν παρ' αὐτὴν ἄλλο, καὶ περὶ ὃ οὐσιωτὼς ἔχον, κινεῖσθαι φατέον αὐτῷ· ἀλλ' ἀδύνατον· ἡ γὰρ ἀρχὴ, τὸ οὗ ἕνεκα, καὶ οὗ πάντα ἐφίεται, καὶ τὸ μηδενὸς ἐνδεές· εἰ γὰρ δέοιτό τινος, καταδεέστερον ἔστι πάντως, οὗ δέοιτο, καὶ πρὸς ὃ τὴν ἐπέργειαν, ὡς ἐφετὸν ἔχει· εἰ δὲ ἀκίνητος ἡ ἀρχὴ (τοῦτο γὰρ ὑπόλοιπον) μίαν οὐσίαν αὐτὴν ἀσώματον, καὶ μὴ οὐσιωτὼς ἔχουσαν ἀναγκαῖον εἶναι· πῶς ἔχουσαν τὸ ἓν; καὶ πῶς μίαν οὖσαν; ἢ μὲν γὰρ ταυτὸν οὐσία, καὶ ἓν, τῇ ἀρχῇ οὐσίαν εἶναι δοτέον. εἰ δὲ ἡ οὐσία τοῦ ἑνὸς ἄλλο, καὶ οὐ ταυτὸν, τὸ ἓν εἶναι, καὶ τὴ οὐσία εἶναι. εἰ μὲν ἡ οὐσία χρεῖττον, κατὰ ταύτην τὴν ἀρχὴν εἶναι ῥηθήσεται· εἰ δὲ γε τὸ ἓν χρεῖττον, καὶ ἐπέκεινα οὐσίας, ἀρχὴ καὶ τῆς οὐσίας τὸ ἕν.

Εἰ δὲ

εἰ δὲ σύστοιχα ἀλλήλοις, ἔσται τὰ πολλὰ πρὸ τοῦ ἑνός. τοῦτο δὲ ἀδύνατον, ὡς δέδεικται πρότερον. ἔστι μὲν οὖν οὐ ταυτὸν οὐσία, καὶ ἕν, δῆλον. οὐ γὰρ τὸ αὐτὸ τὸ ἓν εἶναι, καὶ ἓν εἶναι καὶ τῷ οὐσίαν εἶναι. ἀλλὰ τὸ μὲν, οὕτω λέγομεν. τὸ δὲ, ἤδη λέγομεν. καὶ πρὸς τούτοις, εἰ ταυτὸν οὐσία, καὶ ἕν, ἔστω δὲ τὸ πληθος πρὸ μὴ εἶναι, καὶ τῇ μὴ οὐσίᾳ, ταυτόν. ἀλλ' ἀδύνατον. καὶ γὰρ ἐν οὐσίᾳ τὰ πολλὰ, καὶ ἐν μὴ οὐσίᾳ τὸ ἕν. εἰ δὲ μὴ ταυτὸν οὐσία, καὶ ἕν, σύστοιχα μὲν οὐκ ἔσται ἅπαντα ἀλλήλοις. εἴη γὰρ ἂν ἄλλα πρὸ αὐτῶν, ἔνθεν ἐκ μιᾶς ἀρχῆς δεῖ πάντα εἶναι. ἑκάτερον δὲ ὁπότερον κρεῖττον, ἢ τὸ ἓν πρὸ τῆς οὐσίας, ἢ τὴν οὐσίαν πρὸ τοῦ ἑνὸς θετέον. ἀλλ' εἰ μὲν τὸ ἓν πρὸ τῆς οὐσίας, πότερον ἡ ἀρχὴ, καὶ οὐ τὸ εἶναι τῶν πάντων.

Τῆς γὰρ ἀρχῆς οὐδὲν εἶναι κρεῖττόν ἐστιν αἰαγκαῖον. εἰ δὲ ἡ οὐσία πρὸ τοῦ ἑνός, πεπονθὸς ἔσται τὴν οὐσίαν τὸ ἕν. ἀλλ' ἀρχὴ ἡ οὐσία τὸ ἕν. εἰ δὲ τὸ ἓν τὴν οὐσίαν πέπονθεν, αἰαγκη τὸ ἓν, καὶ οὐσίαν εἶναι πᾶν, καὶ ὅσα δὴ ἕν, οὐσία πάντα, οὐχ ἡ δλὸ, οὐσία, ἕν· ἔσται ἄρα τις οὐσία πρὸ ἑνὸς ἀμερὴς. ἀλλ' εἰ ταῦτ', οὐδὲν αὖ ἔσται. τὸ γὰρ πρὸ ἑνὸς ἐστερημένον, οὐδέν. πρὸ τῆς οὐσίας ἄρα τὸ ἕν. εἰ δὲ μὴ οὐσία τὸ πρῶτον. εἰ μὲν πότερ', καπὶ ἑτέρου οὐσίας, ἄπειρα· ἡ γὰρ ἀρχὴ τὸ κυριώτατον ἕξει, καὶ τὸ αὐταρκέστατον· ἀλλ' οὐ τὸ ἀπιμέλητον, οὐδὲ τὸ τῶν πολλῶν ἐνδεές. ἔλως πού δεῖ τῶν δευτέρων οὐδὲν κρεῖττον εἶναι τῆς ἀρχῆς. οὐ γὰρ δεῖ τὸ ὕστατον πολυπλοκεύεσθαι κακῶς

εἰ δὲ ἡ μὲν ἀρχὴ τῶν χείρονα τῶν ἀπ' αὐτῆς ἔχει τάξιν, τὰ δὲ ἀπ' αὐτῆς κρείττονα αὐτῆς εἴη, πάντα συγχυθήσεται πλημμελῶς, καὶ οὔτε ἡ ἀρχὴ κατὰ φύσιν ὄν, ᾧ μὴ τὸ ἄρχειν, οὔτε τὰ ὑπ' ἐκείνης ἀρχῆς ἐξ αὐτῆς ἴσχοντα δύναμιν εἰς τὸ κρατεῖν ἔχοντα τῆς ἀμείνονος ἀρχῆς. ἔστι δὲ ἄρα καπὶ τύχῃ ἡ μὲν ἀρχὴ τῶν ὄντων, τὰ δὲ ὄντα ἀπ' αὐτῆς. ἀλλὰ ἀδύνατον. τὰ γὰρ καπὶ τύχῃ ὄντα (εἴωθε δὲ τοῦτ' εἶναι τὸ καπὶ τύχην, τὸ μὴ κατὰ νοῦν, μηδὲ πρὸς τέλος ὡρισμένον) ἄτακτα, καὶ ἀπέραντα, καὶ ἀόριστά ἐστι, καὶ πάντως ἐπ' ἔλαττον ὄντα. ἡ δὲ ἀρχὴ ὡσαύτως ἀρχὴ, καὶ τὰ ἄλλα ἐξ αὐτῆς. εἰ δὲ ὃ ἔστι μὴ οὐσία, κρεῖττον ἀπείρου οὐσίας, ἢ μετέχοιτ' ἂν ὑπ' αὐτῆς, ἢ πάντως ἀμέθεκτον ἔσται.

ἀλλ' εἰ μὲν μεθεκτὴ ἡ οὐσία τῆς ἀρχῆς, τίνος ἀρχὴ ἔσται; καὶ τῶν ὄντων ἁπάντων ἀρχή; τίνι γὰρ τῶν ὄντων ἀρχίσει, οὐδενὸς ἔσται δεῖ τῶν ὄντων. ἑνὸς γὰρ οὔσης, οὐ πάντων ἔσται αἰαγκαῖον

Si verò *hæc sunt* conjugata, *cognata*, & *affinia* inter se, ipsa Multa erunt ante ipsum Unum. Hoc verò *est* impossibile, ut ante demonstratum-est. Quod igitur non idem *sit* Essentia, & Unum, perspicuum *est*. Non enim idem *est* dicere Unum, & Unum, & ipsam Essentiam Unum *esse*. Sed illud quidem *prius dicendi genus* nondum *est integra* oratio, hoc verò *posterius*, jam oratio *est perfecta*. Præterea verò, si Essentia, & Unum *est* idem, ipsa Multitudo profectò idem erit ac ipsum non Esse, & ipsa non Essentia. Sed *hoc est* impossibile. Nam in Essentia *sunt* Multa, & in non Essentia *est* Unum: Si verò non idem *est* Essentia, & Unum, conjugata quidem, *cognata*, & *affinia* hæc inter se non erunt. Aliud enim *aliquid* erit ante ipsa, si quidem ex uno principio oportet omnia esse. Si verò *horum* alterum *altero* est præstantius, perspicuum est, vel ipsum Unum ante ipsam Essentiam, vel ipsam Essentiam ante ipsum Unum *esse* ponendam. Sed si quidem ipsum Vnum *ponamus* ante ipsam Essentiam, hoc *erit* principium omnium *Entium*, non autem ipsum Esse, *nec ipsa Essentia eorum*.

Necesse enim *est* nihil ipso principio præstantius esse. Si verò Essentia *ponatur* ante Unum, ipsum Unum Essentiam patietur, non autem ipsa Essentia ipsum Unum. Si verò ipsum Unum ipsam Essentiam patitur, necesse *est* ipsum Unum, & Essentiam, esse Omne *vel quidvis*, & quæcunque *sunt* Unum, omnia *esse* Essentiam, non etiam quæcunque *sunt* Essentia, *ea omnia necesse est esse* Unum. Erit igitur aliqua Essentia Unius expers. Sed si *concedatur* hoc, nihil erit *prorsus in rerum natura*. Quod enim Uno privatum-est, nihil *est*. Unum igitur *est* ante Essentiam. Vel saltem non Essentia *dicetur id*, quod *est* primum. Si verò *concedatur* hoc, *Vnum erit* inferius Essentiâ, *quod est* absurdum. Ipsum enim principium est id, quod præcipuam autoritatem, *atque dominationem* habet, & quod sua sorte est maximè contentum, non autem id, quod est inhonoratissimum, neque quod est multorum indigens. Denique non oportet quidquam secundorum esse principio præstantius. Neque enim oportet ipsa Entia *in ipsa rerum Vniversitatis Repub.* malè administrari, *vel, male versari*.

Si verò ipsum quidem principium, deteriorem rebus à se *manantibus* ordinem habet, quæ verò ab ipso *manant*, *eo* præstantiora sunt, omnia perperam confundentur, & nec ipsum principium secundùm naturam *erit aliud quidquam*, nisi quod *est* optimum, neque ea, quæ ex ipso *principio manant*, continuò facultatem suo principio potentiorem, *atque præstantiorem* habebunt. Erit igitur fortuitò & ipsum ipsorum Entium principium, & ea, quæ ab ipso sunt, *& manant, erunt fortuita*. Sed *hoc est* impossibile, *nec ullo prorsus modo fieri potest*. Quæ enim fortuitò sunt (si quidem id fortuitum est, quod non est secundùm mentem, & quod ad certum finem non refertur) inordinata, & indefinita & indistincta sunt, & omnia ut ad minus referuntur. Ipsum verò principium eodem- modo *semper est* principium, & alia, quæ ex ipso *prodeunt*. *talia sunt, quale est ipsum ipsorum principium*. Si verò quod est non Essentia, *illud est* præstantius omni Essentia, vel ab ipsa participabitur, vel prorsus *ipsa non Essentia* non-particeps, *at expers* erit *ipsius Essentiæ*.

Sed si quidem Essentia particeps-est principii, cujus erit principium? *An erit* & omnium Entium principium? Ipsum enim ipsorum Entium principium oportet nullius esse ipsorum Entium, *id est, ullo modo comprehendi in ipsorum Entium numero*. Quod enim Unius est *principium*, non omnium *principium*: *ei* ille necesse

neceſſe *eſt*. Quidquid verò participatur ab alio, hoc dicitur eſſe *illius* à quo participatur, & in quo primò eſt. Ipſum verò principium *eſt ab aliis* ſeparatum, & ſui-ipſius potiùs, quàm aliorum eſt, *id eſt, ex ſeipſo potiùs, quàm ex aliis pendet.* Aliàs verò quidquid *ab alio* participatur, ab alia præſtantiore cauſa manat. Quia quod *ab aliis* non participatur, præſtantius *eſt* eo, quod participatur. Illo verò, quod optimum eſt, & quod vocamus principium, nihil omninò præſtantius ne cogitari quidem poteſt. Nec enim fas eſſet, ea, quæ ipſo principio ſunt poſteriora in aliqua *re*, & *aliquid* eorum, quæ ab ipſo *principio manârunt*, ſuo principio præſtantius judicare. Illa igitur *prima* omnium Entium cauſa eſt ſupra omnem Eſſentiam, & ſeparata ab omni Eſſentia, & neque Eſſentiam, neque additamentum ipſam Eſſentiam habet. Nam talis additio eſt imminutio ipſius ſimplicitatis, & illius, *quod vocatur, & eſt* Unum.

Vide jam & tertiam, poſt iſtas *antè dictas* rationem quæ nos reducit ad idem, quod *antè* dictum eſt. Neceſſe enim *eſt* profectò eam eſſe omnium Entium cauſam, quam omnia Entia participant, & ad quam, ſuam hypoſtaſin, *& eſſentiæ ſuæ fundamentum* referre poſſunt, & quæ à nullo eorum, quæ quomodocunque ſubſiſtere dicuntur, *recedit, ac* deficit. Hæc enim ſola cauſa *eſt* expetenda ipſis Entibus, illa ſcilicet, quæ primò, vel etiam alio-modo eſt ipſa ipſorum *Entium cauſa*. Et quicquid ad illam *cauſam refertur*, & quod propter illam fit, id aliquam affectionem ad illam habere, & propter hanc etiam *id cum ea* ſimilitudinem *habere eſt* neceſſe. Omnis enim affectio alius ad aliud duobus-modis dicitur, vel quòd ambo participent Unum, vel quòd inter ſe mutuam communionem ipſis *Unum* participantibus præbeant, vel quòd alterum alterius *ſint participes*. Cujus *utrumq;* profectò etiam alterum quidem, ut præſtantius, dat ei, quod eſt ipſo deterius, alterum verò, ut minus, *& deterius*, aſſimilatur præſtantiori quatenus eſt-particeps illius naturæ. Neceſſe igitur *eſt*, ſi ea, quæ *ſunt* hic, affectionem habent ad id, quod eſt primum, & illud expetunt, & circa illud omnia ſunt, vel tertiam aliquam eſſe ipſius affectionis cauſam, vel principium præbere illis, quæ poſt eam *ſunt*, *& quæ ſequuntur eam, ſcilicet* ipſam optationem, *& cupiditatem, qua feruntur*, ad ipſam *primam cauſam*, & illud deſiderium, per quod *omnia*, & ſingula ſervantur, & ſunt. Sed tamen nil aliud eſt ipſo primo præſtantius. Illinc igitur & ipſa affectio ipſorum Entium, & ipſum Eſſe, & ipſa cupiditas ad ipſum primum *fertur*. Et omnia ſuum principiũ participãt, ſi hoc, quod participatur, illinc in omnibus Entib. apparere oportet, ſi quidem illud eſt omnium principium, & à nullo ipſorum Entium deſeritur, *nec ab ullo eorum deficit*. Quidnam igitur illud erit, quod ubiq; & in omnib. Entib. ineſt? An hoc *eſt* ipſum *vivere & moveri? vel ipſa vita & motus?* & quomodo *ſit hoc?* Multa enim profectò ſunt & vitâ, & motu privata. An verò ipſe ſtatus ubiq; & in omnibus *eſt? An ubiq; omnia ſirmata ſint, ut nullo modo moveantur?* Sed ne hoc quidem *eſt* verum. Hic enim *motus*, quatenus eſt motus, ſtatus, *ſive ſtationis & ſtabilitatis* non erit particeps. Fieri enim non poteſt, ut *hic motus* omninò contrarium participet. Sed ipſa pretioſiſſima, *& honoratiſſima* Mens ab omnib. Entibus participatur, quatenus *eſt* Mens. Sed & hoc *eſt* impoſſibile. Omnia enim Entia *mentem haberent, & mente-perciperent*, & nullum ipſorum Entium eſſet amens, *& mentis-expers*.

πᾶν δὲ τὸ μετεχόμενον ὑπ' ἄλλου, πῶς λέγεται εἶναι, ὑφ' οὗ μετέχεται, καὶ ἐν ᾧ πρώτως ἐστίν· ἡ δὲ ἀρχὴ, χωριστὸν, καὶ ἑαυτῆς μᾶλλον, ἢ τῶν ἄλλων ἐστίν. ἄλλως δὲ τὸ μετεχόμενον πᾶν, ἐξ ἄλλης ἐστὶν αἰτίας κρεῖττον. ἐπὶ τὸ ἀμέθεκτον, τοῦ μεθεκτοῦ κρεῖττον· τοῦ δὲ ἀρίστου, καὶ ὃ λέγομεν ἓν, οὐδὲν οὐδὲ ἐκείνου τι κρεῖττον, δῆλον· οὐ γὰρ ἂν ἦν ἡμῖν, τὰ δεύτερα τῆς τοιαύτης ἀρχῆς ποῖά τε, καὶ τῶν ἀπ' αὐτῆς βέλτιον κρίνειν, τῆς ἑαυτῶν ἀρχῆς. ἔστιν ἄρα τὸ τῶν ὄντων ἁπάντων ἄπειρον, ὑπὲρ οὐσίαν πᾶσαν, καὶ χωριστὸν ἁπάσης οὐσίας, καὶ οὔτε οὐσίαν, οὔτε προσθήκην τὴν οὐσίαν ἔχον· ἡ γὰρ τοιαύτη πρόσθεσις, ἐλάττωσίς ἐστι τῆς ἁπλότητος. καὶ τοῦ ἑνὸς.

Et ut illic per ipsum Cores nomen declaravit universum genus animalia procreantium principiorum, sic etiam in his Apollineam quidem totam appellat *ipsam solarium Deorum Trinitatẽ*. Multis verò hujus Dei *Apollinis* facultatibus, & *potestatibus nominatis*, multitudinem in ista *Trinitate comprehensam* demonstrat. Primùm igitur illud consideremus, quomodo & ipse *Plato* ut Orpheus, ipsum Solem in idem quodammodo ducat cum ipso Apolline, & *eundem cum eo esse dicat*, & quomodo cõmunionem horum Deorum honoret, & *colat*. Nam ille quidem disertissimis verbis dicit, & per totam (ut ita loquar) effectionẽ *rerũ, quas isti duo Dij efficiunt, idem affirmat*. At ille Athenensis hospes demonstrat per unionem ipsorum *eos unum*, & *eundem esse Deum, quod apertè confirmat*, commune quoddam templum Apollini, & Soli extruens, & modo quidem, amborum mentionem faciens, modo verò, alterius tantùm, quod in una Unitate *simul* ambo subsistant, & *propter unam Unitatem ambo simul existant*. Dicit autem hæc singulis annis, post Solis conversiones ab æstate ad hyemem, *i. e. post æstivum Solstitium, quum Sol ad hybernum Solstitium jam suum cursum dirigere cœpit*, oportere totam Civitatem convenire in communem Solis, & Apollinis lucum, *vel, in templum utriq; commune*, ut tres viros ipsorum *civium* huic Deo designent, *consecrent atq; voveant*. In his igitur communiter de ambobus facta-mentione, quod scilicet hoc templum Soli, & Apollini commune esse conveniat, in quod convenire oporteat totam Civitatem post æstivum solstitium, in sequentibus, ut de uno *tantum verba faciens*, de duobus differit, addens, *hæc* Huic Deo tres viros *de numero civium* ipsorum, ut *ipsi cives* designent, *consecrent, & voveant*. *Ita verò loquutus est*, à divisione quidem amborum, ad unionem, *ac Unitatem eorum* recurrens. Ipsorum verò mutuam inter se communionem latenter *hoc loquendi modo* demonstrans. Et rursus in sequentibus, modo quidem, dicit illos viros *huic Deo consecratos*, Soli, & Apollini communes frugum-primitias offerre. Modo vero, Soli tantum, quod & in isto *Sole* ipse quoque Apollo comprehendatur, & *cum eo sit idem*. Ex Platonis igitur sententia est horum duorũ *arctissima* conjunctio, cognata, & *ejusdem naturæ vinculo constricta*, & communio potestatum, & unio ineffabilis, & *Unitatis arcana*.

Quo-

Quoniam & ipſe Socrates in Cratylo quidem, cum *ſibi* propoſuiſſet invenire Apollinis eſſentiam ex ipſa hujus Dei appellatione, ad ipſam ſimplicitatem ipſius naturæ, & *ad* ipſam Veritatis enuntiativam facultatem, & *ad* ipſam Mentem, cognitionis autorem, aſcendit, ipſius *Apollinis* Dei non-multiplicabilem-naturam, & ſimplicitatem, & uniformitatem nobis ſatis demonſtrans. In Repub. verò, Solem ipſi Bono proportione--reſpondentem, *& ſimilem eſſe* ſtatuens, & ſenſile lumen, *ſimile eſſe dicens lumini* illi, quod illinc in mentale progreditur, & ipſum lumen appellans Veritatem, *lumen inquam* illud, quod ex Bono *manans*, adeſt ipſi mentali, & *quod* inter ſe conjungit ipſam Mentem, & ipſum mentale, *ſic* has duas ſeries *in unum* manifeſtè cogit, *& contrahis*, & Apollineam dico, & Solarem.

* *Græci textus Hæc in extrema margine poſt ultimam vocem* Ἀπολλωνιακὴν, *ſcribuntur.*

1. Bonum. Lumen. Mentalia.
2. Apollo, Lumen. Intellectualia.
3 Sol. Lumen. Senſilia.

*** *Hæc in principio ſummæ pagine ſcribuntur ut Apollinis etymon indicetur, ejuſque multiplex poteſtas declaretur.*

1. Simplex. 2. Semper-jaculantis, *vel, ſemper-ſerientis.* 3. Abſolventis. *Liberantis. Purgantis. vide Græcæ pag. lin. ult.* τῆς ἀπολύσεως ἐμφάσ. 4. Simulverſantis.

Nam *horum duorum Deorum* uterq; bonis iſtis ſimilitudinem-proportione-reſpondentem *habet.* Ipſum verò ſenſile lumen, & intellectualis Veritas, illi ſupereſſentiali Lumini *proportione reſpondet.* Et iſta tria Lumina, quæ deinceps inter ſe ſunt conjuncta, divinum, intellectuale, ſenſile, *diverſum habent ortum, & progreſſum.* *Nam* unum quidem, à manifeſto Sole *manans*, ad ſenſilia vadit. Aliud verò, *quod manat* ab Apolline, *pertinet ad* intellectualia. Aliud verò, *quod manat* à Bono, *ad* mentalia *vadit, eaq; pervadit.* Kurſus igitur iſti Dij cognati quidem inter ſe, *minimq; cognationis vinculo conſtricti*, propter ſimilitudinem, *quam habent* cum ipſo Bono, *cui per proportionem reſpondent, manifeſtè* demonſtrantur.

Cum ipſa verò unione convenientem etiam ipſis diſcretionem habent. Quamobrem etiam à Poetis Phœbi-numine-correptis, *ac afflatis*, variæ quidem ipſorum generatrices cauſæ celebrantur, & ipſi fontes, ex quibus hypoſtaſin, *ſuamq; naturam* ſunt-ſortiti. diſcernuntur, cognati vero, *& arctiſſimo cognationis vinculo* inter ſe *conſtricti*, & uniti traduntur, & mutuis, alij aliorũ appellationibus laudari. Nam & ipſe Sol inſigniter, *atq; vehementer* gaudet, ſe Apollinem *appellari*, *& hoc Apollinis nomine ab omnibus* celebrari.

Et Apollo, quum Sol invocatur, *Solisq; nomine vocatus adoratur, ac imploratur*, benignum Veritatis lumẽ *hominibus* ſplendide-ſuppeditat. Si igitur horum Deorũ naturæ unitæ quidem, *& arctiſſimo cognationis vinculo conjunctæ* ſunt inter ſe, & ſimul altera cum altera ſubſiſtunt, multæ vero ipſius Apollinis poteſtates nobis ab ipſo Platone traditæ ſunt & cõtemplationem feliciter ſunt-adeptæ, convenit profectò & ipſos ſolares progreſſus ex iſtis per-ratio-

Ἐπεὶ καὶ ὁ Σωκράτης ἐν Κρατύλῳ μὲν, τὸν δ' Ἀπόλλω εὐσίαν ἀπὸ τῆς ἐπωνυμίας αὐτοῦ ζητῶν ἐμφ, ὅτι τὸν ἁπλότητα τῆς ὑπάρξεως, καὶ τὸν τῆς ἀληθείας ἐκφαντορικὸν δύναμιν, καὶ τὸν νοῦν, τῆς γνώσεως αἴτιον, ἀνάγεται, & θεοῦ τὸ ἀπλήθυντον αὐτοῦ, καὶ ἁπλοῦν, καὶ μονοειδῆς ἡμῖν ἱκανῶς ἐνδείκνυμ. ἐν δὲ τῇ Πολιτείᾳ, τὸν Ἥλιον ἀναλογον τῷ ἀγαθῷ πάντων, καὶ τὸ αἰσθητὸν φῶς, τῷ ἐκεῖθεν εἰς τὸ νοητὸν προϊὸν, καὶ τὸ φῶς ἀλήθειαν προσαγορεύων, τὸ τῷ νοητῷ παρὸν ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ συνάπτον πρὸς ἄλληλα νοῦν, καὶ νοητὸν, δηλόν ἐστι. [l. δῆλός ἐστι] συνάγων τὰς δύο ταύτας σειρὰς, τόν τε Ἀπολλωνιακὸν λέγω, καὶ τὸν ἡλιακόν.

1.	Ἀγαθόν.	Φῶς.	νοητόν.
2.	Ἀπόλλων.	Φῶς.	νοερόν.
3.	Ἥλιος.	Φῶς.	αἰσθητόν.

1. Ἁπλοῦς. 2. Ἀειβάλλων. 3. Ἀπολύων. 4. Ὁμοπλεύντης.

Ἀνάλογον γὰρ ἑκάτερος τούτων τῶν ἀγαθῶν. τὸ δὲ αἰσθητὸν φῶς, καὶ ἡ ἀληθεια ἡ νοερὰ, τῷ ὑπερουσίῳ φωτί. καὶ τρία ταῦτα ἐξῆς ἀλλήλοις φῶτα, τὸ θεῖον, τὸ νοερὸν, τὸ αἰσθητὸν. τὸ μὲν ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς Ἡλίου πρὸς αἰσθητοῖς ἐφῆκεν. τὸ δὲ ἐξ Ἀπόλλωνος, πρὸς νοεροῖς. τὸ δὲ ἐκ τἀγαθοῦ, πρὸς νοητοῖς. πάλιν οὖν συμφυῶς μὲν ἀλλήλοις εἶδε εἰ θεοί, κατὰ τὸν πρὸς τἀγαθὸν ἀναλογίαν ἐπιδείκνυται.

Μετὰ δὲ τῆς ἑνώσεως, καὶ τὸν προηκούσαν αὐτοῖς διάκρισιν ἔχοντες. διὸ καὶ παῖς Φοιβολήπτοις τῶν ποιητῶν, διαφερόντως μὲν αὐτῶν τὰ γονητικὰ αἴτια αἰνιττεται, καὶ αἱ πηγαὶ, παρ' ὧν τὸν ὑπόστασιν ἔλαχον, διακεκριμέναι, συμφυῶς δὲ ἀλλήλοις, καὶ ἑνωμένοι, παραδίδονται, καὶ ταῖς ἀλλήλων ἐπωνυμίαις ἐφυμνοῦνται προσηκόντως. ὅ, τε γὰρ Ἥλιος, Ἀπόλλων ὑμνοῦται, χαίρει διαφερόντως.

Καὶ Ἀπόλλων, Ἥλιος ἀνακαλούμενος, ἐνθουσιᾷ παλλάμενα τὸ τῆς ἀληθείας φῶς. εἰ τοίνυν ἑνῶσιν μὲν ἀλλήλοις αἱ τῶν θεῶν πάντων ὑπάρξεις, καὶ μεῖ' ἀλλήλων ὑφεστήκασι, πολλαὶ δὲ ἐν Ἀπόλλωνος δυνάμεις ἡμῖν ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Πλάτωνος παραδίδονται, καὶ τῆς προηκούσης θεωρίας ἡμεῖς ἐπειράσαμεν προσηκὴ δῆτα καὶ τὰς ἡλιακὰς πορείας ἐκ πάντων συλλογίζεσθαι.

Λέγω δὲ ταῦτα, ὡς τὸν ἐν Κρατύλῳ Σωκράτη, καὶ τὴν ἐκεῖ περὶ τῶν εἰκόνων ὑπόθεσιν τῶν Ἀπολλωνιακῶν δυνάμεων ὑπολείψας. ἓν γὰρ ὂν τὸ ὄνομα τοῦδε τοῦ θεοῦ, πάσας αὐτοῦ τὰς δυνάμεις ἐκφαίνει τοῖς τῆς ἀληθείας φιλοθεάμοσιν. ἔστι δὴ καὶ τοῦτο τῆς ἰδιότητος μάλα τῆς Ἀπολλωνιακῆς ἐξαίρετον γνώρισμα, τὸ τὰ πλήθη συνάγειν εἰς ἓν, καὶ ἐκ ἑνὸς περιλαμβάνειν τὸν ἀριθμὸν, καὶ ἐξ ἑνὸς προάγειν τὰ πολλὰ, καὶ περὶ τῆς νοερᾶς ἁπλότητος. πᾶσαν τὴν τῶν δευτέρων ποικιλίαν εἱελίσσειν ἑαυτῷ, καὶ τῇ μιᾷ ὑπάρξει, τὰς πολυειδεῖς οὐσίας π, καὶ δυνάμεις ἑνίζειν εἰς ἕν.

Ὁ καὶ τὸ ὄνομα πεπονθέναι φησὶν ὁ Σωκράτης, ἐν ἑνὶ τὰς ποικίλας, καὶ διαφερούσας τοῦ θεοῦ δυνάμεις συμφύειν ἀρχοῦν, ὡς καὶ τὴν ἐχούσην εἰκόνα τοῦ θεοῦ, καὶ ἀμυδροποιοῦσαν ἔμφασιν ἀπ' αὐτοῦ καταδεχομένην, ἀπεικάζεσθαι πρὸς τὴν ἑνοποιὸν αὐτοῦ, καὶ συναγωγὸν ὕπαρξιν. καὶ πρὸς ἀνάμνησιν ἡμῖν καὶ τοῦτο συντελεῖν τῆς Ἀπολλωνιακῆς ἰδιότητος. ἓν γοῦν τὸ ὄνομα τοῦτο λεγόμενον, κρυφίως ἔχει πολλὰς ἐνδείξεις τῶν θεοῦ δυνάμεων.

Καὶ τῇ μὲν ἐξηρημένῃ τοῦ πλήθους ἁπλότητι, τὴν ἀλήθειαν ἡμῖν, ὁ θεὸς διὰ τῆς μαντικῆς ἐκφαίνει τοῖς δευτέροις, προβέβληται. τὸ γὰρ ἁπλοῦν, τῷ ἀληθεῖ ταυτόν. τῇ δὲ τῆς διαλύσεως ἐμφάσει, τὴν καθαρτικὴν, καὶ ἄχεσιν αὐτοῦ σημαίνει, καὶ σωτῆρα τῶν ὅλων δυνάμεων. τῇ δὲ λυτικῇ τῶν βελῶν, τὴν ἀπαρτικὴν παῦσιν τοῦ ἀπείρου, καὶ πλημμελοῦς, καὶ ἀσυμμέτρου, διὰ τῆς τελικῆς αἰτίας.

Τῇ δὲ ὁμοπολήσει, τὴν ἁρμόνιον τῶν ὅλων κίνησιν, καὶ τὴν εἰς αὐτὸν, [lege αὐτὴν] συνιοῦσαν, καὶ συνδέουσαν τὰ πάντα συμφωνίαν. τούτοις οὖν τοῖς πέντε τοῦ θεοῦ δυνάμεις ἐπ' αὐτὰ τὰ εἴδη τὰ προσήκοντα ταῖς δυνάμεσιν ἀνάγοντες, οὕτως αὐτὰ καὶ ταῖς ἡλιακαῖς ἐφαρμόσομεν μονάσιν. ἔστιν οὖν ἡ μὲν, ἐκφαντορικὴ τῆς ἀληθείας ἐστὶ, καὶ τοῦ νοεροῦ φωτὸς κρυφίως ἔντος ἐν αὐτοῖς τοῖς θεοῖς. ἡ δὲ, ἀπαρτικὴ παῦσις τοῦ πλημ-

cinationem colligere. Hæc autem dico, ad Socratem in Cratylo *his de rebus differentem spectans*, & illam Apollinearum potestatum per similitudines illic *expressarum* argumentationem intuens, *atq; considerans ea, quæ Socrates illic de variis Apollinis potestatibus per similitudines expressis, nobis tradit.* Hoc enim hujus Dei nomen, quamvis unum sit, omnes *tamen* ipsius potestates ostendit illis, qui veritatis contemplandæ sunt studiosi. Est igitur hoc etiam Apollineæ proprietatis præcipuè eximium indicium, *& argumentum, scilicet* Ipsum multitudines in unum cogere, & in uno complecti numerum, & ex uno producere multa, & per intellectualem simplicitatem, omnem secundorum *Entium, & secundarum naturarum* varietatem in se-ipsum convolvere, *& ad se prorsus attrahere*, & per unam substantiam, *atq; naturam*, multiformes essentias, & potestates in unum coactas unire.

Quod etiam ipsi *Apollinis* nomini Socrates accidisse dicit, quia per unum varias, atq; differentes hujus Dei potestates significare facilè potest, adeò ut vel extrema hujus Dei imago, *& similitudo*, & quæ obscurissimam ab ipso *manantem ejus* significationem susceperit, effingatur ad ipsius similitudinem, quæ unificam ipsius, & *multorum in unum* coactricem essentiam *nobis representat*, & ad Apollineæ proprietatis commemorationem, *& ad ejus memoriam refricandam*, hoc etiam nobis conducat. Hoc igitur unum nomen, quod *ita* dicitur, *& sic effertur*, occultè multas habet demonstrationes *hujus* Dei potestatum.

Et per ipsam quidem simplicitatem ex multitudine exemptam, nobis proponit Veritatem, quam iste Deus per vaticinium patefacit secundis *Entibus, & naturis*. Quod enim est simplex, id cum eo, quod verum est, idem est. Per ipsam verò significationem *liberationis, &* absolutionis, ipsius *Apollinis* purgatricem, & impollutam, & servatricem *rerum* universarum facultatem significat. Per ipsam verò sagittarum absolutionem, *emissionem, atq; jaculationem, intelligimus* illam *Apollinis* facultatem, *ac potestatem* interfectricem omnis inordinatæ, & vagæ, & immodicæ *rei, quæ potestate exercetur ab ipso* per jaculatricem causam. *Quoniam enim Apollo sagittarius, arcitenens, & sagittis instructus, à Poetis fingitur, & à Pictoribus pingitur, ideo propter hanc jaculandi peritiam, & propter felicitatem in sagittis emittendis, creditur interficere, & de medio tollere quidquid est vitiosum, inordinatum vagum, & immoderatum.*

Per conversionem verò, *qua cum aliis versatur, intelligimus* harmonicum, *atq; concinnum rerum* universarum motum, & in ipsum, coeuntem, & omnia colligantem, *constringentem, & artissimè conjungentem*, concentum. Has igitur quatuor hujus Dei potestates si reducamus ad ipsas formas his potestatibus convenientes, sic ipsas *formas* etiam ipsis solaribus Unitatibus accommodabimus. Ergo una quidem *hujus Dei potestas*, est enuntiatrix ipsius Veritatis, & intellectualis luminis, quod in ipsis Dijs est occultè, Alia verò, *est* sublatrix omnis, *rei*

vitio-

vitiosa, & vagæ, & deletrix omnis confusionis, *i.e. de medio tollit quidquid est vitiosum, errans, & vagum, & omnem confusionem delet.* Alia verò, omnia moderata, & familiaria inter se efficit, per harmonica verba, *per orationem concinnam, quæ res inter se conciliat, atq; conjungit.* Illa verò impolluta, & purissima caula, *quæ rerum omnium purgandarum vim habet, inter has quatuor Dei potestates*, principatum obtinet, omnibus quidem ipsam perfectionem, & facultatem secundum naturam per-illuminationem-immittens, *& inferens*, his verò contraria removens, *& ab ipsis propulsans.*

Illius igitur solaris Trinitatis, prima quidem Unitas, patefacit, *ac ostendit* illud intellectuale lumen, & omnibus secundis *Entibus, ac naturis* enuntiat, *palamq; declarat*, & omnia replet universali Veritate, & ad ipsam Deorum Mentem reducit, cujus etiam munus, *ac officium esse* dicebamus, Apollinis vaticinio *dignum*, ipsam Veritatem in ipsis *rebus* divinis comprehensam, in lucem producere, & id, quod est ignotum secundis *naturis*, perficere, *notumq; perfectè reddere.*

Secunda verò, & tertia *Unitas*, efficacem vigorem *nobis* proponunt, & rerum-opificem in universis effectionem, & actionem perfectam, secundum quam ornant quidem, *ac in ordinem redigunt*, omne sensile, exterminant verò id, quod est indefinitum, & inordinatum, *atq; confusum, & expellunt* ex hoc Universo.

Et una quidem *hujus Trinitatis Unitas* est per proportionem-respondens illi effectioni, quæ per Musicam in universis *efficitur, suamq; vim exerit*, & illi harmonicæ, *concinnæq;* providentiæ rerũ, quæ movetur. Alia verò, *proportione-respondet* illi *potestati* omnis confusionis sublatrici, & illius perturbationis, quæ ipsi formæ, & dispositioni *rerum* universarum est contraria.

Cæterùm verò, illa *Unitas*, quæ suppeditat omnibus abundantem *rerum* pulchrarum communionem, & quæ ipsum Bene, *ipsum Bonum omnibus* porrigit, & veram beatitudine offert, *oblatamq; præbet*, concludit quidẽ ipsa solaria principia, custodit verò & triplicem ipsius *Trinitatis* progressum. Pariter etiam per illuminationem-largitur *rebus* in-lucem prodeuntibus, perfectam, & intellectualem mensuram beatæ vitæ, per illas purgatrices, & præonias, *medicas, & salutiferas* Regis Apollinis potestates, per-proportionem in Sole principatum-obtinens. Quinetiam ex ijs, quæ in Reipub. de Sole scripta-sunt, eadem per-ratiocinationem-colligi possunt.

Illic enim Socrates ipsi *Soli* tribuit excellentiam ex omni *re* generata exemptam, & ipsum dicit esse situm supra res, quæ per sensum feruntur, *& sub sensum cadunt.* Quemadmodum etiam ipsum Bonum ex mentalibus prorsus excessit. Generat verò sensum, & sensile, & ipsum *rerum* ortum, & ea, quæ nascuntur. Quemadmodum etiam ipsum Bonum, essentiam, & id, quod est verè Ens, producit, & Mentis, & mentalium causa *censetur, vocatur, & est, & propterea* primo-loco-ponitur, *& ante Men-*

μελεῖς, καὶ ἀφασικὴ πάσης τῆς ἀπειρίας. ἡ δὲ, πάντα σύμμετρα, καὶ πεφυσιωμένα ἀλλήλοις ἀφαιρουμένη. διὰ τῶν ἁρμονικῶν λόγων. ἡ δὲ ἄκρατος, καὶ καθαρωτάτη αὐτῶν πεφύκασι, πᾶσι μὲν τὸ πλεῖον, καὶ τὸ κατὰ φύσιν ἁπλάμπουσι, τὰ δὲ ἐναντία πύλων, ἀποσκιαζομένη.

Τῆς πίνυω ἡλιακῆς τριάδος. ἡ μὲν, πρωτίστη μονὰς, ἐκφαίνει τὸ νοερὸν φῶς. καὶ ἐξαγγέλλει πᾶσι τοῖς δευτέροις, καὶ πληροῖ πάντα τῆς ὅλης ἀληθείας. καὶ ἀνάγει πρὸς τὸν νοῦν τῶν θεῶν, οὗ δὴ καὶ τῆς Ἀπόλλωνος μαντικῆς ἔργον ἐλέγομεν, τὸ ἐν αὐτοῖς πρυέχομένοις τοῖς θείοις ἀληθειαν εἰς φῶς προάγειν, καὶ τὸ ἄγνωστον τοῖς δευτέροις ἐκφαίνειν.

Ἡ δὲ δευτέρα, καὶ τρίτη δραστέρον ἀκμὴν προσβάλλουσι, καὶ δημιουργικὴν εἰς τὰ ὅλα ποίησιν, καὶ ἐνέργειαν πλείαν, καθ' ἣν κοσμοῦσι μὲν πάντα τὰ αἰσθητὰ, ἐξορίζουσι δὲ τὸ ἀόριστον, καὶ ἄτακτον, ἐκ τοῦ παντός.

Καὶ ἔστιν ἀνάλογον ἡ μὲν, τῇ διὰ μουσικῆς εἰς τὰ ὅλα ποιήσει, καὶ τῇ ἐναρμονίῳ προνοίᾳ τῶν κινουμένων. ἡ δὲ, τῇ καθαρτικῇ πάσης τῆς ἀταξίας, καὶ τῆς ἐναντίας πρὸς τὸ ἴσον, καὶ τὴν διακόσμησιν τῶν ὅλων ἐναρχῆς.

Λοιπὸν δὲ, ἡ τοῖς πᾶσι χορηγοῦσα τὴν μετάδοσιν τῶν καλῶν, ἄφθονον, καὶ τὸ εὖ ἐπαρέχουσα, καὶ τὴν μακαριότητα προσήνουσα τὴν ἀληθινὴν, συγκλείει μὲν τὰς ἡλιακὰς δοχὰς, φρουρεῖ δὲ καὶ τὴν τελεσιουργὸν αὐτῆς πρόοδον. ὡσαύτως καὶ ἁπλάμπει τοῖς ἀναγομένοις, τὸ πλεῖον, καὶ νοερὸν μέτρον τῆς ὑπερκοσμίου ζωῆς. ταῖς καθαρτικαῖς καὶ πανωνίοις δ' βασιλέως Ἀπόλλωνος δυνάμεσιν, ἀνάλογον ἐν ἡλίῳ περιεκρύφη. Καὶ μὴν ἐκ τῶν ἐν Πολιτείᾳ περὶ τοῦ ἡλίου γεγραμμένων, τὰ αὐτὰ συλλογίζεσθαι δυνατόν.

Ἐξηρημένως μὲν γὰρ αὐτοῦ δ' γνωτὸν πάντως ὁ ἐκεῖ Σωκράτης δίδωσιν ὑπεροχὴν, καὶ τῶν ἐν αἰσθητῇ φερομένων ὑπερεξηρῆσθαί φησιν αὐτὸν. ὥσπερ δὴ καὶ πάλαθεν, τῶν νοητῶν πλέως ἐκβέβηκε. γένεσιν δὲ αἴσθησιν, καὶ αἰσθητὸν, καὶ γένεσιν, καὶ τὰ γινόμενα. καθάπερ δὴ καὶ πάλαθεν οὐσίαν, καὶ ὅλως ἐν παρόντι, καὶ νοῦ, καὶ νοητῶν ἄμεινον προτέτακται.

Εἰ πίναν ὁ μὲν αἰσθητὸς οὐτοσὶ κόσμος γενητός ἐστιν, ὡς ὁ Τίμαιος λέγει, καὶ γέγονεν, καὶ θεῶν νοητὸν, ὡς ὁ ἐν Πολιτείᾳ λόγος, ἐστὶ καὶ πρὸ γενέσεως, Ἥλιος, ὡς ὁ Σωκράτης διαβεβαιοῦται, καὶ ὅλως τὰ αἰσθητῶν ἐξηλλαγμένην ἔλαχεν οὐσίαν, παντὶ δὴ καταφανὲς, ἐπὶ τῶν ὑπερκοσμίων ἐν τῷ κόσμῳ πᾶξιν κεκληρωται, καὶ τῶν ἀγενήτων ἐν τοῖς νοητοῖς ὑπεροχὴν, καὶ τῶν νοερῶν ἐν τοῖς αἰσθητοῖς ἀξίαν ἐπιδείκνυσι. διὸ καὶ ὁ Τίμαιος, διττὴν αὐτοῦ τὴν ἐκ τοῦ δημιουργοῦ προόδον ἐδίδου, τὴν μὲν, συντεταγμένην τοῖς ἄλλοις, τὴν δὲ, ἐξηρημένην, καὶ ὑπερφυᾶ, καὶ ἄγνωστον. καὶ γὰρ ζωμαλωτικῶν ὁ δημιουργὸς ἑπτὰ, καὶ ἑστηθεὶς αὐτοῖς ταῖς οἰκείαις περιόδοις, ὁμοῦ μὲ τῶν ἄλλων ὑφίστησι τὸν Ἥλιον. τὴν μὲν Σελήνην, πρώτην ἀπὸ γῆς πέντε, τὸν δὲ Ἥλιον, ἐν τῇ δεκάτῃ περιφορᾷ, καὶ ὅπου τούτοις τὸ φῶς αἰτιατικῇ τὴν ἡλιακὴν φῶσιν, οὐδενὶ τῶν ἄλλων ἑστηκὸς, οὐδὲ ἐκ τῆς ὕλης πῦρ τῆς ὑποκειμένης λαβὼν, ἀλλ' αὐτὸς ἀφ' ἑαυτοῦ παράγων, καὶ γεννήσας, καὶ οἷον ἐξ ἀδύτων τινῶν, σύμβολον ποιήσας τῶν νοερῶν τῆς ἐγκοσμίους οὐσιῶν, καὶ τὸ ἀπόρρητον τῶν ὑπὲρ τὸν κόσμον θεῶν, ἐκφαίνων τῷ παντί. διὸ καὶ ἐξέπληξεν αὐτοῦ ὁ Ἥλιος φανείς, καὶ πάντας ἐκεῖ ἐκίνησε χορεύειν ἐθέλοντας, καὶ πληροῦσθαι τοῦ φωτός. καὶ ὁ κόσμος οὗτος, καλὸς, καὶ ἡλιοειδής.

Ἀλλ' οὖν (ὅπερ ἐλέγομεν) καὶ τῆς ἐν Τιμαίῳ δημιουργίας, ὁ μὲν Ἥλιος ἐπέκεινα τῶν αἰσθητῶν ποιεῖ τὸν ἔχων τὴν πᾶξιν, ἐπιδείκνυται, καὶ τὴν οὐσίαν ὑπὲρ πᾶσι τὸ γιγνόμενον λαχὼν, τὸ δὲ ἐν τῷ κόσμῳ πᾶσιν, παρ' αὐτοῦ καὶ τὴν πληθύσηλα, καὶ τὴν οὐσίαν ὑποδεχόμενα. διὸ καὶ ὁ ἐν Πολιτείᾳ Σωκράτης, ἔκγονον αὐτὸν ἀπεκάλει [l. ἀπεκαλεῖ] τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ δημιουργὸν τοῦ γνησίου, καὶ πάσης τοῦ ἐγκοσμίου φωτὸς ὑποστάτην. ταῦτα πίνυν αἰτιολογούμενοι καὶ ἐπὶ τὴν ἡγεμονικὴν τοῦ θεοῦ πᾶξιν ἀνήσομεν. ἐκεῖθεν γὰρ ἐφήκει καὶ εἰς τὴν ἐμφανῆ τοῦτον Ἥλιον. καὶ διὰ τοῦτο καὶ πᾶσι τὴν ἐξηρημένην ἔλαχεν ὑπεροχὴν, τοῖς δὴ ἐν τῷ κόσμῳ θεοῖς ὁ Ἥλιος, διότι καὶ τῆς ἡγεμονίας τῶν ὅλων, τὴν πρωτουργὸν εἶχεν ὑπόστασιν. ἔτι πίνυν καὶ ἐν ἐκείνοις τοῖς θεοῖς, ἡ τοῦ φωτὸς αἰτία πρωτουργὸς, τοὺς ὑπερκοσμίους ἀκτῖνας ἀποφαίνουσα, καὶ νοερὰς, δι' ἃς καὶ αἱ ψυχαὶ, καὶ πάντα τὰ κρείττονα, τῆς ἀναγωγῆς τυγχάνῃ πορίας. καὶ ἡ δημιουργικὴ δυὰς τά τε ἁπλᾶ, καὶ τὰ συνθετα παράγουσα, τά τε ἡγεμονικώτερα, καὶ τὰ καταδεέστερα. Καὶ ὅλως τὰς διττὰς συστοιχίας ὑποστατικὰς τοῦ κόσμου. διὸ καὶ χεῖρας μὲν αὐτὰς οἱ θεοσοφοι καλοῦσι, ὡς δραστηρίους, καὶ κινητικὰς τῶν ὅλων καὶ δημιουργικὰς. διττὰς δὲ ὑποτίθενται, τὴν μὲν δεξιὰν, τὴν δὲ, ἀριστερὰν.

tem, & mentalia collocatur. Si igitur iste quidem ſenſilis mundus, eſt generatus, ut ait Timæus, & generatio, *vel, ortus*, & id, quod eſt divinum, *eſt* mentale, ut in Repub. *dicit* oratio, & Sol *eſt* ante generationem, *& ortum*, ut Socrates contendit, *& aſſeverat*, & prorſus ab ipſis ſenſilibus diverſam eſſentiam eſt-ſortitus, cuivis profectò perſpicuum *eſt*, quod ordinem in mundo ſupramundanum eſt-ſortitus, & inter mentalia non-generatam excellentiam, & intellectualem inter ſenſilia dignitatem demonſtrat. Quamobrem etiam Timæus duplicem ipſius ab illo rerum-opifice progreſſum tradit, alterum quidem, cum alijs collocatum, alterum verò, *ex alijs* exemptum, & ſupernaturalem, & ignotum. Etenim ille rerum-opifex, *& Creator*, quum ſeptem *illa cœleſtium Planetarum* corpora formavit, & ipſa ſuis periodis inpoſuit, una cum alijs ipſum Solem conſtituit. Iptam quidem Lunam, primùm à terra, *non procul, in Cœlo* collocans, ipſum verò Solem, in ſecunda circumvectione, & poſt hos ipſum lumen accendit in ſolari ſphæra, nulli aliorum *luminum* ſimile, neq; ex ſubjecta, *propoſitaq;* materia hoc ſumens: ſed ipſe ex ſe-ipſo producens, & generans, & quaſi ex quibuſdam adytis, *& inacceſſis, arcaniſq; penetralibus* ſignum intellectualium eſſentiarum proponens in-mundo-verſantibus, & arcanam *occultamq;* Deorum ſupra mundum habitantium, *naturæ* hunc Univerſitati pateſaciens, *ac oſtendens*. Quamobrem etiam ipſe Sol ortus ipſos *Deos cœleſtes* in-ſtuporem-ab-admiratione--manantem-adduxit, & omnes circum illum choreas-agitare volunt, & illo lumine repleri *cupiunt*. Et iſte Mundus *eſt* pulcher, & ſoli-ſimilis.

Sed (quod *antè* dicebamus) vel ex illa rerum-fabricatione, *quæ deſcribitur* in Timæo, demonſtratur, ipſum quidem Solem ſupra ipſa ſenſilia hunc ordinem habere, & ſortitum-eſſe eſſentiâ ſupra id omne, quod naſcitur, omnia verò, quæ ſunt in mundo, ab ipſo *Sole* & perfectionem, & eſſentiam accipere. Quamobrem etiam in Repub. Socrates ipſum appellat Boni progeniem, & opificem, *& Creatorem* rei generatæ, & omnis Lucis, quæ in Mundo ſpectatur, fundatorem, *autorem, & conſervatorem*. Hæc igitur per-proportionem in hujus etiam Dei principali, *ac imperatorio* ordine conſideremus. Illinc enim *omnia* ad hunc etiam manifeſtum Solem perveniunt. Et propterea hic etiam Sol eximiam ſortitus-eſt excellentiam apud illos Deos, qui ſunt in Mundo, quoniam & inter ipſos *rerum* univerſarum Duces, *& Principes*, principem habet naturam. Præterea vero & in illis Dijs, *eſt* & ipſa Lucis primaria cauſa, ſupramundanos radios procreans, & intellectuales, propter quos & animæ, & omnia præſtantiora, reductoriam profectionem aſſequuntur, *per quam ad ſua principia, primoſq; fontes reducuntur*. *In illis Dijs eſt* etiam illa rerum-opifex Dualitas, quæ & ſimplicia, & compoſita producit, & principaliora, & inferiora, *ac deteriora*. Deniq; duplices Mundi conjugationes, *& ejuſdem generis, ac naturæ duplices ordines* gubernat. Quamobrem etiam, qui rerum divinarum ſunt periti, manus vocant ipſas *ſyſtoechias*, ut efficaces, *& effectrices*, & motrices *rerum* univerſarum, & *earum* fabricatrices. Duplices autem *eas* ſtatuunt.

Unam

Unam quidem, dextram, alteram verò, sinistram. Quæ etiam primò in cœlestibus periodis Timæus esse concedit, & ab illo primo rerum-opifice divisionem istam deduci dicit. Si igitur illa rerum-opifex Unitas ipsum solarem ordinem etiam ante Mundum *condium* constituit, quid mirum, si in illo etiam *ordine solari* rerum-opificem Unitatem *ille summus omnium Deorum Pater, & Creator* in dextro, & sinistro *lustre* constituit *ita, ut alterum alteri respondeat, & hæc quodam cognationis vinculo conjungantur* inter-se? Quoniam & ipse Socrates ipsarum Parcarum motrices potestates, manus appellat, & illarum trium *Parcarum* natu-maximam, dicit, ambabus manibus hoc Universum movere.

Quamobrem ne ipsum quidem manuum nomen *quisquam* ad ipsas res divinas transferre recusarit. Quinetiam ipsum ultimum solarium principiorum, quomodo secundùm Platonem non fuerit *illud*, à quo & beatam vitam, & impolluros fructus in *res* universas derivari, *& tanquam per rivos deduci* dicunt ipsi *rerum* divinarum Interpretes?

Si *igitur ipsi* Solem vocant Boni progeniem, hoc etiam propter essentiam ipsi convenire *dicemus*. Perspicuum enim *est*, quod, ut ipsum Bonum omnibus Entibus proponit, *offert, & præbet* beatitudinem, sic etiam ipse Sol illis, qui *sunt* in mundo, proponit, *atq; suppeditat* ipsas mensuras beatitudinis unicuiq; convenientis, & hanc per similitudines explet, & *per* illam contentionem, *quam res omnes contendunt, & accedere student* ad illum universalem rerum-opificem, *& Creatorem*.

Quamobrem etiam (ut opinor) & ipsum Beatum-esse, dicitur, similem-esse Deo. Et omnibus in mundo *versantibus* Dijs beatitudo convenit, propter illam unam ipsorum principalem causam. Illinc enim ad omnes manat & ipsa perfectio, & ipsa beatitudo.

Λ' δὴ καὶ πρώτως ἐν ταῖς οὐρανίοις περιόδοις ὁ Τίμαιός φησιν εἶναι συγχωρεῖ, καὶ ἀπὸ τοῦ πρώτου δημιουργοῦ τὴν διαίρεσιν ταύτην παραγεγράφθαι φησίν. εἰ πάντως καὶ περὶ τοῦ κόσμου τὸν ἡλιακὸν ὑπάρξαντα ἀφήκομεν ἡ δημιουργικὴ μονάς, τί θαυμαστὸν, εἰ καὶ ἐν ἐκείνῳ τῷ δημιουργικῷ μοναδικῷ, τὸ δεξιὸν, καὶ ἀριστερὸν ὑπάρξαντα ἀλλήλων; ἐπεὶ καὶ ὁ Σωκράτης τὰς τῶν Μοιρῶν κινητικὰς δυνάμεις, χεῖρας ἀποκαλεῖ, καὶ τὴν πρεσβυτάτην τῶν τριῶν, ἀμφοτέραις χερσὶ φησι τὸ πᾶν κινεῖν.

Ὥστε οὐδὲ τὸ ὄνομα τῶν χειρῶν παραιτεῖταί τις ἂν ὅτι τὰ θεῖα μεταφέρει. καὶ μὲν δὴ καὶ ἡ πλάνησις τῶν ἡλιακῶν ἀρχῶν πῶς οὐκ ἂν εἴη κατὰ Πλάτωνα, παρ' ἧς καὶ τὴν ἀπλανῆ ζωὴν, καὶ οὐκ ἀχράντους καρπους ἐποχετεύεσθαι ταῖς ὑλεῖς φασιν οἱ τῶν θείων ἐξηγηταί;

Εἰκὼς δ' ἀγαθοῦ καλοῦ, [l. καλοῦσι] τὸν ἥλιον ἔκγονον, καὶ τοῦτ' καθ' οὐσίαν αὐτῷ προσῆκον. δῆλον γὰρ ὅτι, καθάπερ τὸ ἀγαθὸν ἅπασι ταῖς οὖσι προτίθησι τὴν εὐδαιμονίαν, οὕτω δὴ καὶ ὁ ἥλιος ταῖς ἐγγεγμέναις προτίθησι τὰ μέτρα τῆς ἕκαστον, [l. ἑκάστῳ] προσηκούσης εὐδαιμονίας, καὶ ταύτην δι' ὁμοιοτήτων ἀποπληροῖ, καὶ τὴν [l. καὶ τῆς] πρὸς τὸν ὅλον δημιουργὸν ἀναπαύσεως.

Οὗ (οἶμαι) καὶ τὸ εὐδαιμονεῖν, ὁμοιοῦσθαι λέγεται θεῷ. καὶ πᾶσι ταῖς ἐν τῷ κόσμῳ θεοῖς ἡ εὐδαιμονία προσήκει. καὶ τὴν μίαν αὐτῶν ἡγεμονικὴν αἰτίαν. ἐκεῖθεν γὰρ ἅπερρεῖ πᾶσι καὶ ἡ τελειότης, καὶ τὸ μακάριον.

CAPUT XIII.

HÆc etiam de his per-ratiocinationem conclusimus, ipsa Platonis *scripta* sequentes. Addamus verò præterea rebus *ante* dictis, & ipsam contemplationem de Dijs impollutis in principalibus hypostasibus, *& imperatorijs eorum naturis*. Nam & horum mentionis occasiones Plato nobis præbuit. Quoniam necesse etiam *est* ipsos *rerum* universarum Duces, *& Principes*, intellectualibus Regibus per-proportionem esse similes, quamvis cum divisione, & partitione faciant progressum.

Et quemadmodum paternas ipsorum, & generatrices, & conversorias, *ac reductorias* potestates imitantur, *quæ res ad sua principia convertunt, ac reducunt*, sic etiam profectò, & illas immutabiles in ipsis Unitates, propter principalem proprietatem, *& imperatoriam dignitatem, necesse est ipsos* accipere, & secundas causas custodiendi-vim-habentes, suis progressibus præponere. Et horum quidem dilucidius illa Orphei mystica traditio prolixam-mentionem-facit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ γ'.

ΤΟσοῦτα καὶ περὶ τούτων, ἐπόμβοι τῇς Πλάτωνος, συλλογιζόμεθα. προσθῶμεν δ' ἔτι τῇς ἡρημένοις, καὶ τὴν περὶ τῶν ἀχράντων θεῶν ἐν ταῖς ἀρχικῇς ὑποστάσεσι θεωρίαν. δίδωσι γὰρ καὶ τῆς τούτων μνήμης ὁ Πλάτων ἡμῖν ἀφορμὰς, ἐπεὶ καὶ ἀνάγκη καὶ τοῖς νοεροῖς βασιλεῦσιν ἀναλόγους ὑφεστηκότας τοὺς ἡγεμόνας τῶν ὅλων, εἰ καὶ μὴ διαιρέσεως, καὶ μεγέσμου προϊόντας τὴν πρόοδον.

Καθάπερ τὰς πατρικὰς αὐτῶν, καὶ γονικὰς, καὶ ἐπιστροφικὰς μεμιμημένας δυνάμεις, κατὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ τὰς ἀτρέπτους ἐν ἑαυτοῖς μονάδας κατὰ τὴν ἡγεμονικὴν ἰδιότητα παραδέξασθαι, καὶ προτάττειν φρουρητικὰς αὐτῶν δυνάμεις τῶν εἰκείων προόδων. καὶ τούτων ἐναργέστερον μὲν ἡ τοῦ Ὀρφέως μυστικὴ παράδοσις διαμυθολογεῖ.

Παθόμθ. δὲ ταῖς πλεπαῖς ὁ Πλάτων, καὶ πῆς πρεῖ αὐπὰς ἀρωμθόεις, ἐνδικνυπαι πρεῖ αὐτῶν, ἐν μθὼ πῆς νόμοις, πῆς ἐκ Κορυβάντων καλαυλήσεως ἡμᾶς ἀναμιμνήσκων, πῆς παῶ τὸ ἄπακθον, καὶ θορυβῶδες κίνημα καπασελλεύσης. ἐν ᾗ πῷ Εὐθυδήμῳ, Ε θρονισμοῦ μεμνημθόθ., ὃν ἐν πῆς Κορυβαντικῆς ἐπιπέλοιω. ὥσπερ δὴ καὶ ἐν ἄλλοις, πῆς Κουρητικῆς ἐπιμνήσθη τάξεως. Κουρήτων πε ἐνόπλια παίγνια λέγω.

Ἐπεὶ καὶ πρεσβεῦσαι λέγουσι τὸν τῶν ὅλων δημιουργὸν, καὶ πρεχορεῦσαι, λπὸ πῆς Ῥέας ἀναφανέντος. ἐν μθὼ οὖν πῆς νοερᾶς θεοῖς ἡ κουρητικὴ τάξις ἡ πρωτίστη τὴν ὑπόστασιν ἔλαχεν. αἰτίαν δὲ πῆς ἐκεῖ Κούρησιν ἡ τῶν Κορυβάντων πρόβασις τῇ Κόρῃ, καὶ Φρουρεῖσα παρεχέθαι αὐτὴν, ὡς Φησιν ἡ Θεολογία. διὸ καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἔλαχον παύτην. εἰ δ᾽ βούλῃ καὶ κατὰ τὴν παλαιικὴν συνήθειαν λέγειν, ὅτι πρσίσανται τῆς καθαρότηθ., καὶ ζώζουσιν ἄχραντον τὴν κουρικὴν τάξιν, καὶ ἐν ταῖς ἀλλοιώσεσιν ἄτρεπτον, καὶ ἐν ταῖς εἰς σῦ κόσμους πρείδεσι μόνιμον, ἀλλὰ πῦτο Κορύβαντας ἐκλήθησαν. τὸ γὰρ Κορὸν πανταχοῦ τῆς καθαρότητός ἐστι σημαντικὸν, ὡς Φησιν ὁ ἐν τῷ Κρατύλῳ Σωκράτης. ἐπεὶ καὶ αὐτὴν τὴν δέσποιναν ἡμῶν τὴν Κόρην, σκ ἀλλαχόθεν ὠνομάσθαι Φαίης ἂν, ἢ ἐκ τῆς καθαρότηθ., καὶ τῆς ἀχράντου ζωῆς.

Δηλοῖ δὲ οἰκείως ἔχουσα πρὸς τὸν δε τὴν τάξιν, διπλᾶς παράγουσα τελάδας Φρουρητικάς, τὴν μθὲν, μετὰ δ᾽ πάλρες, τὴν δὲ, αὐτὴ καθ᾽ ἑαυτὴν, καὶ ἀφ᾽ ἑαυτῆς μιμουμθήν, καὶ παύτην τὴν ὅλην ζωογόνον θεόν. καὶ γὰρ ἐκείνη σῦ πρωτίστους πρέσησι Κούρησας.

Πανταχοῦ μθὲν ἡ Φρουρητικὴ, καὶ ἄχραντθ. τάξις, σύτως ὑπὸ τῆς Ἑλληνικῆς θεολογίας ὀνομάζεται. ἀλλ᾽ ἄνω μθὲν, ἁπλουστέρα, καὶ ἀμέριστός ἐστι. κάτω δὲ, ἐν πῆς ἡνιμονικῆς, μετὰ διαιρέσεως ἀναφαίνεται, καὶ ποικιλίας. διὸ καὶ τῆς Ἀθηναϊκῆς ἕνωσαι μονάδθ., καὶ διαφερόντως τῇ τρίτῃ. [ἐ τῆς τριάδος.] τὴν πρόοδον ἐνιζούσης αὐτῶν, καὶ τὴν ἐπιστροφὴν κίνησιν αἰσχούσης, καὶ ὅλως ἐπιστρεφούσης αὐτὰς εἰς τὰς οἰκείας ἀρχάς. καὶ μὲν καὶ ὁ ἀριθμὸς οὗτθ. ἡ τριὰς πρσηκεν ταῖς Φρουρητικαῖς ταύταις δυνάμεσιν, ὡς πλήθθ. καὶ πρείσχων ἀρχὰς, καὶ μέσας, καὶ πλθ. μοιοειδῶς τῶν δύο πρώτων (πᾶν γὰρ τὸ Φρουροῦν, πανταχόθεν πρόδηλ πείλαμβάνειν τὸ Φρουρούμθον) καὶ τὰς τ᾽ οὐσίας, καὶ δυνάμεις αὐτῶν, καὶ τὰς ἐνεργείας, ἀκλινεῖς διαφυλάτῃ. ἐν μθὼ

Plato verò sequutus Initia, *sacrorumq; ceremonias*, & ea, quæ fiunt in ipsis, de ipsis demonstrat *ea, quæ sentit, suamq; sententiam aperte pronunciat*, in Legibus quidem, nobis in memoriam revocans illam Corybantum suavem tibiâ permulcendi rationem, quæ omnem inordinatum, & turbulentum motum compescit. In Euthydemo verò, mentionem faciens illius in solio collocationis, quam in Corybanticis *sacris, ipsi Corybantes* faciebant. *Illum enim, quem erant imitaturi, in solio collocabant, ei applaudebant, & choreas circum eum agitabant.* Quemadmodum etiam in alijs *Dialogis*, ordinis Curetici mentionem fecit. Et Curetum armata ludicra certamina narrans.

Quoniam *Curetes* etiam illum *rerum* universarum Creatorem circumstare, & circum *eum* saltare dicuntur, à Rhea in lucem producti. In ipsis igitur intellectualibus Dijs ille primus Cureticus ordo *suam* hypostasin, *& fundamentum* est sortitus. Per proportionem verò respondet, *ac similis est* Curetibus, qui *sunt* illic, ille Corybantum *ordo*, qui ipsi Coræ, *i. e. Proserpinæ*, præit, & ipsam undiq; custodit, ait ipsa Theologia. Quamobrem etiam *Curetes* istam appellationem sunt sortiti, *dictiq; sunt* Κούρητες, ἀπὸ τῆς Κούρης. *quod sonice, porticeque deductum à* Κόρη: *sed metri causa ν insertum.* Si verò vis etiam secundùm Platonicam consuetudinem loqui, quoniam *Curetes* sunt præsides ipsius puritatis, & impollutum servant Curicum, *vel Cureticum* ordinem, & in *fœtuum* procreationibus *eum conservant* immutabilem, & constantem in ipsis periodis *rerum, quæ veniunt* in ipsos Mundos, *vel, in rerum periodis, quæ sunt in Mundis* propterea Corybantes vocati fuerunt. Nam illud vocabulum Κορὸν, ubiq; puritatis significandæ vim habet, *i. e. puritatem ubique significat*, ut ait in Cratylo Socrates. Quoniam & ipsam Dominam nostram Coren, non aliunde nominatam fuisse dixeris, quàm ab ipsa puritate, & impolluta vita.

Declarat autem *hæc Dea*, se necessitudinis vinculo conjunctam esse cũ hoc ordine, quia duplices Trinitates *rerum* custodes producit, unam quidem, cum ipso Patre, alteram verò, ipsa per se, & ex se *procreans, suum Patrem, in ea procreanda* imitans, & illam universalem animalium procreatricem Deam *Rheam*. Etenim illa primos constituit Curetes.

Ubiq; igitur ille *rerum* custos, & impollutus ordo, sic à Græcanica Theologia appellatur. Sed supra quidem simplicior, & individuus est. Infrà verò, inter principales *Deorum ordines*, cum divisione, & varietate apparet. Quamobrem etiam *isti ordines* Minervali indigent Unitate, præcipuè verò tertiâ, quæ progressum ipsorum unit, & illum armatum motum sustinet, & deniq; convertit, *ac reducit* ipsos ad sua principia. Quinetiam iste numerus *ternarius, unde nomen accepit* ipsa Trinitas, convenit istis *rerum* custodibus potestatibus, ut *numerus* perfectus, & principia continens, & media, & finem uniformiter secundorum *Entium, & numerorum*, (Omne enim quod custodit *aliquid*, undiq; cõprehendere studet id, quod *ab eo* custoditur) & essentias, & facultates, *& potestates*, & actiones ipsorum *secundorum Entium, & numerorum*, immutabiles conservare *student*, in

ipsis

ipſis quidem intellectualibus Dijs, illæ tres Unitates Curetum, *quæ* circa tres illos Patres videbantur. Hic verò, Trinitas ipſam Coren, *i. e. Proſerpinam*, undiq; cuſtodire dicitur, quoniam & ipſa triplices in ſe-ipſa Unitates *ſibi* præpoſuit *cuſtodes*, *à quibus cuſtoditur*, ut antè diximus. Omnes igitur ab impollutis Dijs immutabiles cuſtodiuntur, & manentes, & progredientes. Et quodnam aliud *genus*, cum hujus *Dei*, *Selis*, fœcundis facultatibus collocari convenit, quàm illud genus, quod Deos cuſtodit? Ut *iſti Dij*, *facultatium* ipſarum in omnia progreſſus ſuſtineant, & multiplicationes ipſis *factuum* procreationibus, & ipſos motus immutabiliter, & in ſe-ipſis ſtantes manifeſtè-conſervent. Et propterea Dij omnia quidem ſe-ipſis *i. e. ſua divina potentia per totum mundum diffuſa bonis*, & *effectis* replent, & omnia generant, nec ab ullo recedunt vel eorum, quæ ſunt prima, vel eorum, quæ ſunt ultima, *nec quidquam horum deſerunt*. Quod verò in ſe-ipſis *Dij perpetuò* ſint, omnibus adſunt, & cum ſe-ipſos repleverint, omnia ſecunda replent. Neq; *conſtans*, & immutabilis ipſorum ſtatus ſtat infœcundus, neq; vis *ipſorum* fœcunda in-ſe-recipit aliquid à deterioribus: ſed & ipſa fœcunda abundantia, & immutabilis facultas *atq; poteſtas ipſorum*, in ipſis per-ipſum-cognationis-vinculum conjuncta-manet. Hæc de impolluta Deitate, quæ cum illis principalibus, & *imperatorijs* Dijs à Platone, Græcisq; Theologis collocatur, breviter ſint-dicta.

CAPUT XIV.

RUrſus verò *ſuperiorem materiam* reſumentes, *ac repetentes*, de univerſo ordine illorum Principum, & Ducum, qui per-ſimilitudinem-expreſſi vocantur, communiter perſequamur, & *generaliter tractemus*, quæcunq; Parmenides de ipſis nos docet. Oportet enim (ut & in ſuperioribus verbis *eſt dictum*, & *ut ſupra declaratum eſt*,) omnem diviſam contemplationem, ad communem, & unam Parmenidis myſtagogiam & *arcanam rerum ſacrarum doctrinam* referre. Illic enim & divinarum diſpoſitionum, & *divinorum ordinum* cohærentiam, & communes poteſtates, ordine nobis à Platone traditas reperiemus. Illius igitur rerum--opificis ordinis, & Deorum in iſto collocatorum, ipſa Identitas, & Diverſitas, nobis definit proprietatem. Et propter hæc, & ipſam paternam, & illam illius rerum-opificis fœcundam cauſam, & impollutum ipſius fontem, & diſcernendi-vi-præditam in ipſo poteſtatem *comprehenſam*, ſecundùm quam ſuum regnum à Saturnio diſtinguit, *atq; ſecernit*, explicamus per antè dicta *verba*.

Quoniam autem ille Deorum per-ſimilitudinem-expreſſorum ordo totus ex rerum-opifice Unitate pendet, & circa illam ſubſiſtit, *atq; conſiſtit*, & converſus-eſt ad ipſam, *ac ad ipſam reverſitur*, & ab ipſa perficitur, oportet profectò & ipſa hujus ordi-

τῆς τετραδικῆς θεότητος, καὶ τῆς μονάδος τῆς ἐν αὐτῇ τὰς τρεῖς μονάδας ἐξελίξαντος πατέρας. λοιπὸν δὲ [l. ἐστὶν] ἡ τριὰς, τῇ Κόρῃ λέγεται Φρουρεῖν παντοχόθεν, ἐπειδὴ καὶ αὐτὴ τριπλᾶς ἐν ἑαυτῇ περιεπαίσατο μονάδας, ὡς πρόσθεν εἴπαμεν. ἅπασαν οὖν τὴν ὑπὸ τῶν ἀχράντων θεῶν, ἄγρυπνοι Φρουροῦντες καὶ μύστευσαν, καὶ προϊοῦσαν, καὶ τὰ ἄλλα πάντα προσηκόντως τῆς [l. ταῖς] γενίμοις συντελεῖν δηλωσάμενοι, ὡς τὸ Φρουρητικὸν τῶν θεῶν γένος· ἵνα τὰς πάντα προόδους αὐτῶν ἀνέχωσι, καὶ σὺν πολλαπλασιασμοὺς σὺν ἐν ταῖς δοσηγήσεσι, καὶ τὰς κινήσεις ἀτρέπτως καὶ ἐν ἑαυτοῖς ἐξωσαις δοσφαίνωσι.

Καὶ διὰ πᾶν πάντα μὲν ἑαυτῶν πληροῦσιν οἱ θεοὶ, καὶ πάντα γινῶσι, καὶ οὐδενὸς ἀφεστήκασιν, οὔτε τῶν πρώτων, οὔτε τῶν ἐσχάτων. πρὸ δὲ ἐν ἑαυτοῖς εἶναι, πᾶσι πάρεισι, καὶ ἑαυτοὺς πεπληρωκότες. πάντα τὰ δι' αὐτῶν πληροῦσι. καὶ οὔτε τὸ ἀκλινὲς αὐτῶν ἄγονον ἔστηκεν, οὔτε τὸ γόνιμον ὑποδέχεται τι παρὰ τῶν χειρόνων. ἀλλ' ἥτε γενιμὴ οὐσία, καὶ ἡ ἄτρεπτος δύναμις, ὁμοφυῶς ἐν αὐτῇσι συνέζυκται. Ταῦτα μὲν τῆς ἀχράντου καὶ πηγαίας, τῆς τῶν ἡγεμονικῶν θεῶν ὑπὸ τοῦ Πλάτωνος, καὶ τῶν παρ' Ἕλλησι θεολόγων συνταττομένης, εἰρήσθω συντόμως.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιδ'.

ΠΑλιν δὲ ἀναλαβόντες, ἀρχὴν μὲν τῆς πάσης ὅλης τῶν ἀφομοιωματικῶν καλουμένων ἀγχίνων τε, καὶ ἡγεμόνων διελθωμεν. ἐπεὶ ὁ Παρμενίδης ἡμᾶς ἀναδιδάσκει μὲν αὐτῶν. δηλοῖ (ὥσπερ καὶ ἐκ τῶν ἔμπροσθεν λόγων) τῇ διηρημένῃ ἅπασαν θεωρίαν, εἰς τὴν κοινὴν, καὶ μίαν ἀναφέρειν τὴν Παρμενίδου μυσταγωγίαν. ἐκεῖ γὰρ καὶ τῶν θείων διακόσμων τὴν συνέχειαν, καὶ τὰς κοινὰς δυνάμεις ἐν πάσῃ παραδεδομένας ἡμῖν ὑπὸ τοῦ Πλάτωνος εὑρήσομεν. τῆς μὲν πάντα δημιουργικῆς πάσης, καὶ τῶν ταύτῃ συντεταγμένων θεῶν, τὸ ταὐτὸν, καὶ ἕτερον ἡμῖν ἀφορίζει τὴν ἰδιότητα. καὶ καθ' ταῦτα, τὴν τε πατρικὴν αἰτίαν, καὶ τὴν γόνιμον τοῦ δημιουργοῦ, τὸ τε ἄχραντον αὐτοῦ πηγὴν, καὶ τὴν διακριτικὴν ἐν αὐτῷ δύναμιν, καθ' ἣν διορίζει τὴν ἑαυτοῦ βασιλείαν ἀπὸ τῆς Κρονίας. ἐξηγούμεθα διὰ τῶν πρόσθεν εἰρημένων.

Ἐπεὶ οὖν ἡ τῶν ἀφομοιωματικῶν θεῶν διακόσμησις ἅπασα τῆς δημιουργικῆς ἐξήρτηται μονάδος, καὶ πρὸς ἐκείνην ὑφέστηκε, καὶ ἐπέστραπται πρὸς αὐτὴν, καὶ ἀπ' αὐτῆς πληροῦται, δεῖ δὲ καὶ

καὶ τὰ τῆσδε τῆς τάξεως συνθήματα, πρὸς τὰ δημιουργικὰ τὸν λόγον ἀναφέρων, καὶ ἀπ' ἐκείνων αὐτῆς διδόναι ἐν μέτροις προϊοῦσιν, εὐπαρίστατον ἀποφήνηται. οὕτω γὰρ ἂν καὶ τὰ συνεχῆ τῶν θείων γενῶν πρὸς ἄλληλα μᾶλλον φανείη καὶ καταφανεῖς, καὶ ἡ δι' ὑστέρων ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων ἔκφανσις, δι' αὐτῶν ἐκείνων ἡμῖν τελέως γνωρίζοιτο. τίνα δὴ οὖν ἐστι τὰ τῆς τάξεως ταύτης ἴδια, τῆς ὑπ' ἀλλήλων ἡγεμονικῆς ὑμνουμένης, ἀφομοιωματικῆς δὲ ὑπὸ τῶν λόγων ἀποδεδειγμένης; πᾶν δὴ τὸ ἀφομοιωματικὸν, πάσης μὲν ὁμοιότητος ἐνδίδωσι μέτουσίαν τοῖς ἀπεικονιζομένοις ἀφ' ἑαυτοῦ, καὶ τῆς πρὸς τὰ παραδείγματα κοινωνίας. ὁμοῦ δὲ τῷ ὁμοίῳ καὶ τὸ ἀνόμοιον παρέχει, καὶ συμμίγνυσιν. ἐπεισδῦναι γὰρ εἰκόνι ἀμιγὲς τὸ τῆς ὁμοιότητος γένος, ἄνευ ἑτέρου χωρὶς, οὐ πέφυκε παρεῖναι.

Εἰ τοίνυν καὶ ἤδη τῶν θεῶν ἡ τάξις ἀνακάζει τὰ αἰσθητὰ τοῖς νοεροῖς, καὶ πάντα τὰ μεθ' ἑαυτὴν καὶ πρὸς τὰ αὐτὰ παρέχει μίμησιν, ὁμοιότητος δή που τοῖς μεθ' ἑαυτὴν, [l. ἑαυτῇ] ἐστιν αὐτὰ ποιητικά. ἡ δὲ τούτης, καὶ ἀνομοιότητος, τῆς τῇ ὁμοιότητι συστοίχου. πάντα γὰρ τὰ μετέχοντα τοῦ ὁμοίου, καὶ τοῦ ἀνομοίου μεταλαγχάνειν ἀνάγκη.

Καὶ τοῖς μὲν προσεχεστέροις τῶν ἀποφηνομένων, μειζόνως τὸ ὅμοιον τοῦ ἀνομοίου δίδωσι. τοῖς δὲ πορρώτερον προϊοῦσι τῶν ἀρχῶν. καὶ ἀπὸ τῆς ἀνομοιότητα μᾶλλον ἢ τῆς ὁμοιότητα, τὴν οὐσίαν ὑφίστησιν.

Ὅλως γὰρ, ἡ μὲν ὁμοιότης, ἀναλόγον ἐν αὐτῇ τοῖς πλείοσι αἴτιοις ἔχει τὴν ὑπόστασιν, καὶ τοῖς ὑπερπεπτικοῖς πρὸς τὰς ἀρχάς. ἡ δὲ ἀνομοιότης, τοῖς γονίμοις, καὶ πλήθους, καὶ διαιρέσεως προεστώσης. καὶ γὰρ ἀνάλογον ἡ μὲν, τῷ νοητῷ παρά τι προελθεῖν, ἡ δὲ, τῇ ἀπείρᾳ.

Διὸ καὶ συναγωγὸς μὲν ἡ ὁμοιότης, διακριτικὴ δὲ τῶν προϊόντων, ἀνομοιότης. ἐπεὶ δὲ πᾶν τὸ θεῖον ἀφ' ἑαυτοῦ τῆς ἐνεργείας ἄρχεται, κἂν πρὸς τὰ δεύτερα ἐνεργῇ, καὶ τῆς οἰκείας ἰδιότητος μεταδίδωσι, [l. μεταδιδῷ] τοῖς καταδεεστέροις, αὐτὸ πρὸ τῶν ἄλλων καθ' ἑαυτὸ ἵστησι, καὶ ἀφορίζει, πάντως δήπου καὶ τὸ τοῖς ἄλλοις δ' χορηγεῖν, καὶ ἀνομοίου τῷ μίθεξιν ἑαυτοῦ, καὶ πρὸς ἑαυτὸ

nis signa, ad illa *signa* quæ pertinent ad ipsam rerum-opificem *Unitatem*, orationem referre, & ab illis *certa, justaq; mensura* progredientem, & bene-compositam, *ac ordinatam fœtuum* procreationem ipsis dare. Sic enim etiam ipsa divinorum generum inter se cohærentia magis perspicua fiet, & secundorum ab antiquioribus *manans* ortus, per illa ipsa nobis perfectè notus-fiet. Quænam igitur sunt hujus ordinis proprietates, *ordinis* hujus, qui principalis celebratur à mutuis *proprietatibus*, & per-similitudinem-expressus ab ipsis verbis demonstratur? Omne igitur, quod per-similitudinem-expressum *est, vel potiùs, quod res aliquas per similitudinem exprimit*, omnis quidem similitudinis participationem, *atq; communionem* impertit rebus à se per-similitudinem-expressis, & ipsius cum ipsis exemplaribus communionis *ipsas facit participes*. Unà verò cum ipso Simili etiam ipsum Dissimile producit atq; commiscet. Quoniam ipsum similitudinis genus cum ipsis imaginibus non-mixtum, sine contrario non solet-naturaliter adesse.

Si igitur & iste Deorum ordo assimilat sensilia intellectualibus, *& hæc illis similia facit*, & omnia post se *creata*, producit secundùm imitationem, *quam res per similitudinem expressæ habent* cum ipsis *similitudinis* causis, profecto rebus post se *creatis* est primaria similitudinis causa. Si verò *similitudinis* hujus *est primaria causa, est* etiam ipsius dissimilitudinis *causa*, quia dissimilitudo *est* similitudinis cognata, *& hæc duo, mutuo naturæ vinculo constringuntur*. Necesse enim *est* omnia, quæ simile participant, etiam dissimile participare.

Et *hic Deorum ordo* propinquioribus quidem rebus generatis, magis simile, quam dissimile dat, *majoremq; similitudinis, quam dissimilitudinis partem impertit*. Illis verò *rebus*, quæ longiùs ab ipsis principijs sunt-progressæ, secundum dissimilitudinem magis, quam *secundum* similitudinem, essentiam dat, *quam ex majore dissimilitudine, quàm similitudine confiatam* constituit.

Summatim enim, ipsa quidem similitudo, paternis causis hypostasin, *atq; naturam* in se proportione-respondentem, *& similem* habebit, & *similem causis* illis, quæ res ad *sua* principia convertunt, *atq; reducunt*. Ipsa verò dissimilitudo, *naturam habebit similem causis* fœcundis, & multitudinis, & divisionis præsidibus. Nam altera quidem, ipsi mentali propemodum per proportionem quandam similis est-progressa, altera verò, ipsi infinitati *similis est*.

Quamobrem etiam ipsa quidem similitudo, *rerum est* conciliatrix, *quæ res in unum cogit, congregat, & inter se conciliat*. Ipsa verò dissimilitudo, res *alicundè* progressas discernit, *atq; distinguit*. Quoniam verò omne divinum ab ipsa sui-ipsius actione ducit-initium, quamvis in secundis *naturis* agat, & suam proprietatem inferioribus impertiat, *idem etiam* se-ipsum ante *naturas* alias, propter illam *suæ proprietatis actionem*, statuit, atq; definit. Prorsus igitur etiam illud, quod alijs suppeditat similitudinis, & dissimilitudinis communionem sui-ipsius,

i. e. quam

s.e. quam alia secum habent, hoc etiam similitudinem, & dissimilitudinem apud se ipsum habebit, *& in se ipso continebit. Vel, hoc etiam habebit aliquid, quod ipsi erit simile, & dissimile.* Est autem ex utroq; cõmixtum, quamvis hic quidem, similitudinem, illic verò, dissimilitudinem magis propositam habeat. Unitasunt enim illa generandi-vim-habentia *genera* cum paternis, & impolluta cum illis, quæ in omnia progredi *properant, & student.* Et duplices divinorum generum cognationes inter-se connectuntur, *arctissimeq; cognationis vinculo conjunguntur*, & alia cum alijs agunt, & alia in alijs subsistunt. Ipsum enim principalium, *& imperatoriorũ* Deorum genus est & sibi-ipsi, & alijs simile, & dissimile. Sed quod sibi quidem ipsi simile, & dissimile existit, *illud* etiam secum, *&* cum ipsis principijs conjungit *rei ipsius*, & discernit, *atq; disjungit*, proprios progressionis fines conservans. Quod verò alijs simile, & dissimile *est*, id ad se-ipsum etiam convertit, *& reducit* alia, & cogit, & à se dividit, *& separat.* Tales igitur *sunt* horum Deorum proprietates. Quòd autem ab illa rerum-opifice Unitate, & à signis illic primum-existentibus, hæc etiam in istum ordinem progrediantur, satis *apertè* Parmenides nobis demonstrat. Ipsũ enim Idem, ipsa rerum-opifex-facultas, & ipsum Diversum, illius hîc *traditæ* similitudinis, & dissimilitudinis est-primùm-existens causa, ut ipse *Parmenides* dicit. Quoniam verò, quamvis & dividuorum generum, & dividuè agentium hic *Deorum* ordo, sit Deorum summitas *atq; fastigium*, tamen universalem habet excellentiam apud ipsam *Deorum summitatem* ubi etiam cohærens *est* cum universalibus Deorum ordinibus, non à divisis causis *manans*, horum progressus, discretè *sunum* ortum est-sortitus: sed ab universali rerum-opifice procedit horum utrumq; tanquam oppositorum. Etenim ipsum simile *manat* ab eodem, & diverso, & ipsum dissimile *suam* hypostasin, *atq; naturam* ab utroque *manantem* accipit, & ita utrumq; participat universalem illius rerum-opificis Unitatem. Quod profectò est materiatæ essentiæ indicium, quod quasi præcipuarum partium unam quamq; ad illud universale faciens, *i. e. ad illum universalem rerum-efficientem, & effectricem causam* refert. Generat igitur & ipsa Identitas similitudinem, & ipsa Diversitas. Sed altera quidem, paternè, altera verò, impolluté Et altera quidem, generativè *propter insitam generandi facultatem*, altera verò, discretivè, *propter discernendi, disjungendiq; vim ab ipsa natura datam.* Et rursus utraq; sibi-ipsi dissimilitudinem aptè cõstituit *affinem, sibiq; familiariter conjungit.* Sic igitur ipsa Deorum per-similitudines-expressorum genera variantur. * Nam sunt paterna, & *rerum* universarum generandarum, & conciliandarum, *& in unum cogendarum* vim habent. Nam propter primum-existentes causas duplicata *sunum* ortum sunt sortita. Et illa rerum-opifex Dualitas in unamquamq; causarum in se primùm-collocatarũ agens ab *earum* una-quaq; progressum in secundas *cau-*

* *Idem, Alterũ, vel Generandi-facultatem-habens. Duorũ-effectrix enim est ipsa facultas.*

* *Hæc sas* facit.

ad marginem scribuntur.

1. Paterna *causa*. 2. Animalium-procreatrix *causa*. 3. Formarum-effectrix *causa*. 4. Convertendi-vim-habens *causa. i. e. Causa, qua rerum ad sua principia convertendarum, & reducendarum vim habet.*

τὸ ὅμοιον ἐξ αὐτοῦ, καὶ τὸ ἀνόμοιον. καὶ ἔστι σύμμικτον ἀπ' ἀμφοῖν, ἡ μὲν γὰρ ὡδὶ μᾶλλον τῶν ὁμοιοτήτων ἀποβεβληκυῖα, ὡδὶ δὲ, τῶν ἀνομοιοτήτων. σωλοῦται γὰρ τὰ γόνιμα τῆς γενεᾶς, καὶ τὰ ἄχραντα τῆς ἐπὶ πᾶν προϊέναι σπεύδουσι. καὶ διὰ ταῦτα συστοιχίαι τῶν θείων γενῶν, ἀλλήλοις συμπλεκόμεναι, καὶ μεθ' ἑαυτῶν ἐνεργοῦσι, καὶ ἐν ἀλλήλοις ὑφεστήκασι. τὸ γὰρ ἡγεμονικὸν τῶν θείων γένος, ὅμοιόν ἐστι, καὶ ἀνόμοιον ἑαυτῷ πῃ, καὶ τοῖς ἄλλοις. ἀλλ' ἑαυτῷ μὲν ὅμοιον, καὶ ἀνόμοιον ὑπάρχον, ἑαυτῷ καὶ συνάπτει ταῖς ἀρχαῖς. καὶ Παρμενίδης, ταύτην οἰκείως ὅρους τῆς προόδου φυλάττειν. τὸ δὲ ἄλλοις ὅμοιον, καὶ ἀνόμοιον, οἷς αὐτὸ καὶ τὰ ἄλλα διαφέρει, καὶ συνάγει, καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ διίστησι. ποιαύτας μὲν οὖν αἱ τῶν θεῶν τούτων ἰδιότητες. ὅτι δὲ ἀπὸ τῆς δημιουργικῆς μονάδος, καὶ τῶν ἐκεῖ πρωτουργῶν συνημμάτων, καὶ ταῦτα πρόεισιν εἰς τόνδε τὸν κόσμον, ἱκανῶς ὁ Παρμενίδης ἡμῖν ἀποδείκνυσι. τὸ γὰρ ταὐτὸν, τὸ δημιουργικὸν, καὶ τὸ ἕτερον, τῆς ἑκατέρωθεν προϊούσης ὁμοιότητος, καὶ ἀνομοιότητος ἄντικρυς, ὡς αὐτός φησιν. ἐπειδὴ δὲ, ἡ καὶ τῶν μεριστῶν θεῶν, καὶ μεριστῶς ἐνεργούντων ἥδε ἡ τάξις, τῶν θεῶν ἀκρότης ἐστὶν, ἀλλ' ἑλικτὸν ἔχει πρὸς αὐτὸν τὸν προελθὸν, ἵνα καὶ συνεχὴς τοῖς ἑλικτοῖς ἀκροτάτοις τῶν θεῶν, οὐκ ἀπὸ τῶν διηρημένων αἰτίων ἡ τούτων πρόοδος, ἀκατακερμάτως τὴν ὑποστάτησιν ἔλαχεν, ἀλλ' ἀφ' ὅλου τοῦ δημιουργοῦ προϊοῦσιν ἑκάτερον τῶν οἷον αἰτιατικωμένων. καὶ γὰρ τὸ ὅμοιον, οὐκ ἄνευ ταὐτοῦ, καὶ ἑτέρου, καὶ τὸ ἀνόμοιον, ἀπ' ἀμφοῖν τὴν ὑπόστασιν δέχεται, καὶ οὕτω δὴ μετέχει τῆς ὅλης τοῦ δημιουργοῦ μονάδος ἑκάτερον. ὃ δὴ τῆς ὑλικῆς ἐστὶν ὑπάρξεως γνώρισμα, τὸ, [ὃ] τῶν οἷον μερῶν τῶν ἀφορώντων ἕκαστον εἰς ὅλον αἰσθάνεται τὸ ποιοῦν. Γεννᾷ δ' οὖν καὶ ἡ ταυτότης τὴν ὁμοιότητα, καὶ ἡ ἑτερότης. ἀλλ' ἡ μὲν, ταλεγικῶς, ἡ δὲ, ἀχραντίνως. καὶ ἡ μὲν, γονιμικῶς, ἡ δὲ, διακριτικῶς. καὶ πάλιν ἑκάτερα, [l. ἑκατέρα] τὴν ἀνομοιότητα ὑφίστησιν οἰκείως ἑαυτῆς.

Καὶ οὕτω δὴ τὰ γόνιμα ποικίλλεται τῶν ἀφομοιωμαλικῶν θεῶν, * ταλεγικὰ, καὶ γονιμικὰ, καὶ συναγωγὰ τῶν ὅλων ὑφιστάμενα. κατὰ γὰρ τὰς προϋπαρχούσας αἰτίας διπλασιαζόμενα, τὴν ἕκφασιν ἔλαχε. καὶ ἡ δημιουργικὴ δυὰς εἰς ἕκαστον ἐνεργοῦσι τῶν ἐν αὐτῇ προϊσταμένων αἰτίων τὴν ἀφ' ἑκάστου πρόοδον εἰς τὰ ὕστερα ποιεῖ.

* Ταυτὸν ἢ ἑτερότητα. ὁμοιότης γὰρ ἡ δύναμις.

* 1. Παλεγικόν. 2. Ζωογόνον. 3. Εἰλικτικόν. 4. Ἐπιστρεπτικόν.

Καὶ τὰ μὲν ὅλα συμπεράσματα, δυαδικά. περιλαμβάνεται γὰρ ὑπὸ τοῦ δημιουργικῆς πηγάδος. ἐν ὅροις τοῖς προσηγορικοῖς καὶ τῇ ἁπλότητι τῶν γενερῶν γνώσεων, τὸ πλῆθος συνελίσσεται τῶν ἀφομοιωματικῶν προόδων εἰς ἕνωσιν.

Καὶ τῶν προϊόντων ἕκαστον, τὸ μὲν, ὑπερφυᾶ, καὶ ἄγνωστον τοῖς πολλοῖς ἔχει πρόοδον, τὸ δὲ, ἐμφανῆ, καὶ πᾶσι γνώριμον. λέγω δὲ, οἷον τὸ ὅμοιον, ὅτι μὲν τῆς ἑτερότητος ὑφιστάμενον, δύσεπινόητον ἔχει τὴν εὕρεσιν πάροδον. ὅτι δὲ τῆς ταυτότητος πρόϊόν καταφανῆ τὴν αἰτίας προέσεται λόγον. κατὰ τὰ αὐτὰ δὲ, καὶ ἡ ἀνομοιότης, τὸ μὲν ἑτερότητα κατάδηλον ἔχει τῆς εἰκείας ὑπάρξεως δρόμον. τὸ δὲ ταυτότητα, δύσγνωστον. διὸ δὴ καὶ ὁ Παρμενίδης ὅτι τῶν τοῖς πολλοῖς ἀγνώστων, μόνῃ δὲ ἐπιστήμῃ, καὶ νῷ καταφανῶν ἀρξάμενος, εἰς τὰ πᾶσι γνώριμα, καὶ ῥητὰ καταληξεν. ἐπεὶ καὶ παρ' αὐτοῖς τοῖς θεοῖς, προηγεῖται τὸ ῥητὸν τοῦ ἀῤῥήτου. καὶ τὸ γνωστὸν τοῦ προόδου, ἀλανθάνων, καὶ ἄγνωστος αὐτῶν τῆς ὑποστάσεως τρόπος. ταῦτα καὶ ἐκ τοῦ Παρμενίδου περὶ τῶν θεῶν πάντων ἔχομεν λέγειν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιε'.

Ἀρχὴν δὲ ἄλλην θέμενοι, περὶ τῶν ἑξῆς διακόσμων διέλθωμεν. τῶν μὲν οὖν ἐν τοῖς θεοῖς μεριστῶν διακόσμων τριχῇ διῃρημένων, τοῦ τε πατρικοῦ τάγματος, καὶ μέχρι τῶν ἐσχάτων προελήλυθος, καὶ τὰ πάντα μετρεῖν, καὶ ἀφορίζειν, ὡς τὰ λόγια φησι, τὸν μὲν πρώτιον, καὶ ἀνωτάτω τάξιν ἔλαχον οἱ ἡγεμονικοὶ θεοὶ, προηγησάμενοι τῶν γενερῶν διακόσμησιν προϊόντες τὸν πρόοδον, αἰσάγοντες τὰ δόσπορα, καὶ συνάπτοντες τῷ δημιουργῷ τὰ ὅλα, καὶ πάντα ἐκφαίνοντες τὰ ἀμέριστα, καὶ ἑνωτικὰ τῶν γενερῶν ἀγαθῶν, τοῖς δοτικοῖς, καὶ τὴν οὐσίαν αὐτῶν, καὶ τὴν πληρότητα συνέχοντες ἐξῃρημένως. τὸν δὲ ἐσχάτιον διακόσμησιν, καὶ τὰ πέρας τῆς θείας προόδου συγκλείουσιν, οἱ τὸν κόσμον τὸν αἰσθητὸν συμπληροῦντες, ἐκληρώσαντο θεοὶ καὶ μέρη διελόμενοι τὸ πᾶν, καὶ λήξεις ἐν αὐτῷ, καὶ ὑποδοχὰς διαλαχόντες αἰδίους, καὶ διὰ πάντων μίαν, καὶ ἀρίστην τοῦ κόσμου πολιτείαν συνφαίνοντες. μεταξὺ δὲ πάντων ἐστὶ τῶν ἐγκοσμίων ἡμῶν ἀρχόντων, καὶ ζωῆρων, καὶ τῶν ὑπερκοσμίων ἡγεμόνων, οἱ χωριστὸν, ἅμα καὶ ἀχώριστον τάξιν τῶν αἰσθητῶν κλήρων προεστηκότες, καὶ καὶ πάντα ἀφορίζοντες τὴν οἰκείαν πρόοδον, ἐξῃρημένοι τὸ ἅμα τῶν ἐν παντὶ θεῶν, καὶ συνηγμένοι πρὸς αὐτούς. καὶ τὰ μὲν ἐξισταζόντος τοῖς διῃρημένοις τοῦ κόσμου μέρεσι, [l. μέρεσι] λήξεως ὑπερπλωμένοι, καὶ πλήσιον αὖθην ὑπαίοντες θεῶν ἐγκοσμίων ἀριθμοῖς.

Et neq; omne participat omne (neq; enim *rerum* prorsus dissimilium est *nullus* ordo) neq; quodvis fortuitum participat fortuitum: sed ipsum cognatum cum uno-quoq;, *quod est cognatum*, conjunctum-est, *conjungitur*, & ab uno-quoq; *cognato cognatum* progreditur.

CXXIV.

OMnis Deus, individuè quidem, dividua cognoscit, sine-tempore verò, ea, quæ sunt in tempore, non necessaria verò, necessariò, & mutabilia, immutabiliter, & deniq; omnia *cognoscit* meliùs, quam ferat ipsorum ordo. Si enim omne, quodcunq; fuerit apud ipsos Deos, secundum ipsorum proprietatem *fuerit*, perspicuum profecto *est*, quod non secundùm deteriorum naturam in Dijs existens erit ipsorum cognitio: sed secundum illam illorum ipsorum eximiam excellentiam.

Οὔτε χωρισταὶ ὄντες αἱρήσουσι τὴν πρόνοιαν. οὕτω γὰρ αἱρήσειν (ὃ μηδὲ θέμις εἰπεῖν) τὴν ὕπαρξιν τὴν ἑαυτῶν, ἥς ἡ ἰδιότης ἀγαθότης ἐστίν. ἀγαθοῦ γὰρ ἡ μετάδοσις εἰς πάντα τὰ μετέχειν δυνάμενον. καὶ τὸ μέγιστον * * * οὐ τὸ ἀγαθοειδές, ἀλλὰ τὸ ἀγαθουργόν. πῶς πόθεν ἢ οὐδὲν ἔξω τῶν ὅλων, ἢ θεοὶ πρὸ τῶν ὅλων. οὐ γὰρ ἂν που τῆς μὴ μέθεξιν ἀγαθοῖς ὑπάρχει τὸ μεῖζον ἀγαθὸν, πῶς δὲ πρώτοις ἀγαθοῖς τὸ ἔλαττον.

Ρκγ΄.

Πᾶν τὸ θεῖον, αὐτὸ μὲν, ἀφὰ τὴν ὑπερούσιον ἕνωσιν, ἄρρητόν ἐστι, καὶ ἄγνωστον πᾶσι τοῖς δεύτεροις. ἐκτὸς δὲ τῶν μετεχόντων, ληπτόν ἐστι, καὶ γνωστόν.

Διὸ μόνον τὸ πρῶτον παντελῶς ἄγνωστόν, ἅτε ἀμέθεκτον ὄν. πᾶσα γὰρ ἡ διὰ λόγου γνῶσις τῶν ὄντων ἐστὶ, καὶ ἐν τοῖς οὖσιν ἔχει τὸ τῆς ἀληθείας καταληπτικόν. καὶ γὰρ νοημάτων ἐφάπτεται, καὶ ἐν νοήσεσιν ὑφέστηκεν. οἱ δὲ θεοὶ πάντων εἰσὶν ἐπέκεινα τῶν ὄντων.

Οὔτε οὖν δοξαστὸν τὸ θεῖον, οὔτε διανοητὸν, οὔτε νοητόν. πᾶν γὰρ τὸ ὄν, ἢ αἰσθητόν ἐστι, καὶ διὰ πῶν δοξαστὸν, ἢ ὅλως ὄν, καὶ διὰ πῶν νοητὸν, ἢ μεταξύ πού των, ὂν ἅμα, καὶ γιγνητὸν, καὶ διὰ πῶν διανοητόν. εἰ οὖν οἱ θεοὶ ὑπερούσιοι, καὶ πρὸ τῶν ὅλων ὑφεστήκασιν, οὔτε δόξα ἐστὶν αὐτῶν, οὔτε ἐπιστήμη, καὶ διάνοια, οὔτε νόησις. ἀλλ' ἐκτὸς τῶν ἐξῃρημένων, οἷαί πως εἰσὶν αὐτῶν αἱ ἰδιότητες, γνωρίζονται, καὶ πῶν ἀναγκαίως. καὶ γὰρ πᾶς τῶν μετεχομένων ἰδιότητας, καὶ αἱ τῶν μετεχόντων συνδιαιροῦνται διαφορότητες.

Καὶ οὔτε πᾶσι μετέχει πάντες (οὐ γάρ ἐστι συμπλοκὴ τῶν πάντη ἀνομοίων) οὔτε τὸ τυχὸν τοῦ τυχόντος μετέχει, ἀλλὰ τὸ συγγενὲς, ἑκάστῳ συνῆπται, καὶ ἀφ' ἑκάστου πρόεισιν.

Ρκδ΄.

Πᾶς θεὸς ἀμερίστως μὲν, τὰ μεριστὰ γινώσκει, ἀχρόνως δὲ, τὰ ἔγχρονα, τὰ δὲ μὴ ἀναγκαῖα, ἀναγκαίως, καὶ τὰ μεταβλητὰ, ἀμεταβλήτως, καὶ ὅλως πάντα κρεισσόνως, ἢ κατὰ τὴν αὐτῶν φύσιν. εἰ γὰρ ἄπαν, ὅ, τι ἂν ᾖ παρὰ τοῖς θεοῖς, κατὰ τὴν αὐτῶν ἰδιότητα, δῆλον δήπουθεν ὡς ἐν κατὰ τὸ χειρόνων φύσιν ἐν τοῖς θεοῖς οὖσα ἡ γνῶσις αὐτῶν ἔσται, ἀλλὰ κατὰ τὴν αὐτῶν ἐκείνων ἐξῃρημένην ὑπεροχήν.

Ἐνειδὴς ἄρα, καὶ ἀπαθὴς ἡ γνῶσις ἔσται τῶν πολλαπλουμένων, καὶ παθητῶν. εἰ ἄρα καὶ τὸ γνωστὸν εἴη μεριστὸν, ἀλλ' ἡ θεία γνῶσις ἀμέριστος, καὶ ἡ τῶν μεριστῶν, καὶ μεταβλητῶν, ἀμετάβλητος, καὶ εἰ ἐνδεχόμενον, ἀναγκαίως, καὶ εἰ ἀόριστον, ἀορίστως.

Uniformis igitur, & affectuum-expers erit ipſa cognitio multiplicatarum, & patibilium *rerum*. Si igitur & illud, quod in cognitionem cadit, *quodque cognoſci poteſt*, eſt dividuum, ergo ipſa divina cognitio *eſt* individua, & ſi dividuarum, & ſi mutabilium *rerum cognitio eſt* immutabilis, & ſi *illius, quod eſt* contingens, *i. e. quod contingit, aut contingere poteſt, cognitio eſt* neceſſariò, & ſi *illius, quod eſt* indefinitum, definita *eſt cognitio*.

Οὐ γὰρ λοιπὸν τῶν χειρόνων εἰσδέχεται τὸ θεῖον τὴν γνῶσιν, ἵνα οὕτως ἡ γνῶσις ἔχῃ, οἵαν τὸ γνωστὸν ἔχει φύσιν. ἀλλὰ τὰ χείρονα περὶ τὸ ἀόριστον τῶν θεῶν, ἀορίστως.

Non enim à deterioribus *manantem* cognitionem recipit ipſum divinum numen, ut ipſa cognitio talem habeat naturam, qualem habet id, quod in cognitionem cadit, *quodq; cognoſci poteſt*. Ergo illa, quæ ſunt deteriora in ipſa definita Deorum natura, ſunt indefinita.

Καὶ περὶ τὸ ἀμετάβλητον, μεταβατόν τι, καὶ τὸ ἀπαθὲς, παθητικῶς ὑποδέχεται. καὶ τὸ ἄχρονον, ἐγχρόνως. τοῖς μὲν γὰρ χείροσιν λοιπὸν τῶν κρειττόνων παρεκβαίνειν δυνατόν. τοῖς δὲ θεοῖς εἰσδέχεσθαι παρὰ τὰ χείρονα οὐ θέμις.

Et in eo, quod eſt immutabile, *eſt aliquid, quod* mutatur, & quod eſt affectuum-expers, patibiliter ſuſcipit *varias affectiones*. Et quod eſt temporis-expers, in tempore *ſuſcipit aliquid*. Nam illa quidem, quæ ſunt deteriora, à præſtantioribus digredi, *atq; recedere* poſſunt. Ipſis verò Dijs aliquid à deterioribus recipere nefas *eſt*.

Πᾶς θεὸς, ἀφ' ἧς αὐ ἄρξηται τάξεως ἐκφαίνειν ἑαυτὸν, πρόεισι διὰ πάντων τῶν δευτέρων, ἀεὶ μὲν πληθύων τὰς ἑαυτοῦ μεταδόσεις, καὶ μερίζων. φυλάττων δὲ τὴν ἰδιότητα τῆς οἰκείας ὑποστάσεως. αἱ μὲν γὰρ πρόοδοι διὰ ὑφέσεως γινόμεναι, τὰ πρῶτα παραλαχούσας πως πληθύουσιν εἰς τὰς τῶν δευτέρων ὑποβάσεις.

Τὰ δὲ πρωτόνοα κατὰ τὴν πρὸς τὰ παράγοντα ὁμοιότητα, τὴν ἑαυτῶν ὑποδέχεται διάπαξιν, ὥστε τὸ ὅλον ταὐτόν πως εἶναι, καὶ ἕτερον, τὸ μὲν μένειν τῇ μονῇ. διὰ μὲν τὴν ὕφεσιν, ἀλλοῖον φαινόμενον, διὰ δὲ τὴν συνέχειαν πρὸς ἐκεῖνο, τῆς ταυτότητος οὐκ ἐξιστάμενον.

CXXV.

OMnis Deus, à quo cœperit ordine ſe-ipſum oſtendere, progreditur per omnia ſecunda, ſemper quidem multiplicans, & partiens ſuas *donorum collationes, atq;* communicationes, ſervans verò proprietatem ſuæ naturæ. Nam illi quidem progreſſus, qui per ſummiſſionem fiunt, ea, quę prima ſunt, ubiq; quodammodo multiplicant in ipſa ſecundorum fundamenta, *& in illas conditiones, quæ primùm ſunt ſubiectæ*.

Quæ verò progrediuntur ſecundum ſimilitudinem, *quam habent ea, quæ producuntur*, cum ijs, quæ producunt *ipſa*, ſuam ſuſcipiunt conſtitutionem, *& ordinem*, ita ut ipſum Totum idem quodammodo ſit, & diverſum, id, quod progreditur, & id, quod *firmum in ſuo loco* manet. Nam propter quidem ipſam ſummiſſionem, alterum, *alteratum, ac diverſum* videtur, propter verò cohærentiam cum illo, ex identitate non excedit, *nec ab ea recedit, nec degenerat*.

Οἷον δέ ἐστιν ἐκεῖνο ἐν τοῖς πρώτοις, τοιοῦτον ἐν τοῖς δευτέροις ὑφιστάμενον αὐτὸ, καὶ τῆς σειρᾶς τὴν ἀδιάλυτον κοινωνίαν διαφυλάττον. ἐκφαίνεται μὲν οὖν ἕκαστος τῶν θεῶν οἰκείως ταῖς τάξεσιν, ἐν αἷς ποιεῖται τὴν ἔκφασιν. πρόεισι δὲ ἐπιτεῖθεν ἄχρι τῶν ἐσχάτων, διὰ τὴν γονιμικὴν τῶν πρώτων δύναμιν πληθύεται δ' ἀεὶ τὴν πρόοδον ἀφ' ἑνὸς εἰς πλῆθος γιγνομένου. φυλάττει δ' ἐν τῇ προόδῳ, διὰ τὸ ὁμοιότητα τῶν προϊόντων, πρὸς τὸ ἑκάστης σειρᾶς ἡγεμονικὸν, καὶ πρωταρχικὸν αἴτιον.

Quale verò eſt illud in primis, tale in ſecundis *hoc* ipſum ſubſiſtit, & ſeriei indiſſolubilem communionem perpetuo ſervat. Apparet igitur unusquiſq; Deorum convenienter illis ordinibus, in quibus apparitionem facit, *& ſuam præſentiam oſtendit*. Illinc verò progreditur uſq; ad extrema, propter generatricem primorum facultatem. Multiplicat verò ſemper ipſum progreſſum ab Uno manantem in multitudinem. Servat autem ipſum Idem, *vel, ipſam Identitatem*, in ipſo progreſſu, propter ſimilitudinem ipſorum progredientium, cum unius-cujuſq; ſeriei principali, & primaria cauſa.

Πᾶς θεὸς, ὁλικώτερος μέν ἐστι. ὁ δὲ ἑνὸς ἐγγυτέρω, μεριμνικώτερος δὲ, ὁ πορρώτερον. ὁ μὲν γὰρ πλείονα παράγων, ὁ πλείονων αἴτιος ἐγγυτέρω.

CXXVI.

OMnis Deus, univerſalior quidem eſt ille, qui propiùs ad Unum accedit, particularior verò *eſt* ille, qui longius *ab Vno diſtat*. Qui enim plurium *rerum eſt* autor, propinquior eſt illi, qui omnia producit.

Qui

Qui verò pauciorum *rerum eſt autor, ille ab illo qui omnia producit, eſt* remotior. Et ille quidem, qui plurium eſt autor, eſt univerſalior. Qui verò pauciorum, eſt particularior. Et uterq; quidem, eſt Unitas. Sed alter quidem, *eſt* poteſtate major, alter verò, poteſtate minor. Et particulariores *Dij* generantur ab univerſalioribus, quamvis illi neq; dividantur-in-partes (ſunt enim Unitates) neq; alterentur, *neq; mutentur*, (ſunt enim immobiles, *ac immuti*,) neq; affectione multiplicentur (ſunt enim expertes-mixtionis, *neque cum ullis aliis naturis ullo modo miſcentur:*) Sed ex ſe-ipſis ſecundos progreſſus procreent, propter poteſtatis abundantiam, ſubjectos illis, qui ſunt ante ipſos.

Ὁ δὲ ἐλαττόνων, πορρωτέρω. καὶ ὁ μὲν πλειόνων αἴτιος, ὁλικώτερος. ὁ δὲ ἐλαττόνων, μεριμώτερος. καὶ ἑκάτερος μέν, ἑνάς ἐστιν. ἀλλ' ὁ μέν, δυνάμει μείζων, ὁ δὲ, ἐλάσσων καὶ τῷ δυνάμειν. καὶ οἱ μεριμώτεροι θεῶν πᾶν ἐκ τῶν ὁλικωτέρων, οὔτε μεριζομένων ἐκείνων (ἑνάδες γάρ) οὔτε ἀλλοιουμένων (ἀκίνητοι γάρ) οὔτε σχέσει πληθυομένων (ἀμιγεῖς γάρ) ἀλλ' ἀφ' ἑαυτῶν δόσεις ὑποστάσεων προέδους, ἀφὰ δυνάμεως πρεσυσίαν, ὑφειμένας τῶν πρὸ αὐτῶν.

CXXVII.

ριζ'.

OMne Divinum, *quoniam eſt* ſimplex, eſt maximè primò, & propterea ſuis bonis eſt maximè contentum. Quod autem *ſit* ſimplex, ex ipſa Unitate perſpicuum *eſt*. Eſt enim totum ſingulariſſimum, *& maximè unicum*. Quod autem eſt hujuſmodi, eſt inſigniter ſimplex.

Quod autem ſit ſuis bonis maximè contentum, hoc quivis cognoſcet, ſi conſideret, quod ipſum quidem compoſitum, indigens eſt, *indiget*, ſi non etiam alijs, extra quæ exiſtit: at illis ſaltem, ex quibus compoſitum-eſt.

Πᾶν τὸ θεῖον, ἁπλοῦν, πρώτως ἐστὶ μάλιστα, καὶ διὰ τοῦτ' αὐταρκέστατον. ὅτι μὲν γὰρ ἁπλοῦν, ἐκ τῆς ἑνώσεως φανερόν. ἑνικώτατον γάρ ἐστι πᾶν· τὸ δὲ τοιοῦτον, διαφερόντως ἁπλοῦν.

Ὅτι δὲ αὐταρκέστατον, μάθοι τὶς ἂν ἐννοήσας, ὅτι τὸ μὲν συνθέτον ἐνδεές ἐστιν, εἰ καὶ μὴ τῶν ἄλλων, ὧν ἐστιν ἔξω, ἀλλ' ἐκείνων γε, ἐξ ὧν συνετέθη.

Quod verò ſimpliciſſimum eſt, & ſingulare, & quod in ipſo Bono idem *eſt*, & primum-locum-tenet, *eſt* ſuis bonis maximè contentum. Hujuſmodi verò eſt omne Divinum. Neq; igitur alijs indiget, quoniam eſt Ipſa-Bonitas, *vel*, *Per-ſe-exiſtens-Bonitas*, neq; ſubſiſtit, *alijs indigens*, quoniam eſt ſingulare.

Τὸ δὲ ἁπλούστατον, καὶ ἑνιαῖον, καὶ τὸ ἐν ταῖς ἀγαθῷ πρώτοις πρωτεῦόμενον, αὐταρκέστατον, τοιοῦτον δὲ τὸ θεῖον πᾶν. οὔτε οὖν τῶν ἄλλων δεῖται, αὐτάγαθότης ὑπάρχον, οὔτε ὑφέστηκεν ἑνιαῖον ὑπάρχον.

CXXVIII.

ριη'.

OMnis Deus, à propinquioribus quidem participatus, immediatè participatur, à remotioribus verò *participatus*, per quædam media vel pauciora, vel plura *participatur*. Nam alia quidem, cum & ipſa propter cognationem ſint uniformia, ſtatim ipſas divinas Unitates participare poſſunt. Quæ verò *ſunt* per ſummiſſionem, & extenſionem, *quæ ſit* in multitudinem, alijs indigent magis unitis, ut participent ipſas Per-ſe-Unitates exiſtentes: at non unitas.

Πᾶς θεὸς, ὑπὸ μὲν τῶν ἐγγυτέρω μετεχόμενος, ἀμέσως μετέχεται. ὑπὸ δὲ τῶν πορρωτέρω, διὰ μέσων ἢ ἐλαττόνων ἑνιῶν. τὰ μὲν γὰρ διὰ συγγένειαν εὐθυδῆ, καὶ αὐτὰ ὅλα, μετέχειν αὐτῶν δύναται τῶν θείων ἑνάδων. τὰ δὲ δι' ὑφέσιν, καὶ τῷ εἰς πλῆθος ἔκτασιν, ἄλλων δεῖται τῶν μᾶλλον ἡνωμένων, ἵνα μετέχῃ τῶν αὐτοενάδων οὐσῶν, ἀλλ' οὐχ ἡνωμένων.

Inter Per-ſe-Unitatem, & diviſam multitudinem, eſt ipſa unita multitudo. *Nam multitudo ſolet* naſci quidem cum ipſa Unitate, *quoniam ab Unitate multiplicata manat ipſa multitudo.* * * * * Quodammodo verò *ipſum Unum* cognatum eſt etjam ipſi divinæ multitudini, propter ipſam multitudinis manifeſtam-ſignificationem.

Τῆς γὰρ αὐτοενάδος μεταξὺ, καὶ τῆς διηρημένου πλήθους, ἐστὶ τὸ ἡνωμένον πλῆθος. συμφύεται μὲν τῇ ἑνάδι. δυ * * * * * συγγενὲς δέ πως ὂν καὶ τῷ διηρημένῳ πλήθει. διὰ τοῦτο δὲ πλήθους ἔμφασιν.

CXXIX.

ριθ'.

OMne quidem corpus divinum, per animam deificatam eſt divinum. Omnis verò anima *eſt* divina, propter Mentem divinam. Omnis verò Mens, propter Unitatis divinæ communionem, *eſt* divina.

Πᾶν μὲν ζῶμα θεῖον, διὰ ψυχῆς ἐστι θεῖον, τῆς ἐνθουσιώσης. πᾶσα δὲ ψυχὴ, θεία. διὰ τὸν θεῖον νοῦν. πᾶς δὲ νοῦς, κατὰ μέθεξιν τῆς θείας ἑνάδος.

Καὶ ἡ μὲν ἑνὰς, αὐτόθεος θεός. ὁ δὲ νοῦς, θεοπλοῦς. ἡ δὲ ψυχὴ, θεία. τὸ δὲ σῶμα, θεοειδές. ἡ γὰρ καὶ ὑπερνοῦς ἐστιν ἅπας ὁ τῶν θεῶν ἀριθμὸς, αἱ δὲ μεθέξεις, καὶ τῶν συγγενῶν, καὶ τῶν ὁμοίων αἱ πολυτροπίαι. ἡ μὲν ἀμέριστος οὐσία, μεθέξει πρώτως, τῶν ὑπερουσίων ἑνάδων.

Δευτέρως δὲ, ἡ γνῶσις ἐφαπτομένη. τρίτως δὲ, ἡ γένεσις. καὶ ἕκαστα διὰ τῶν προσεχῶς ὑπερκειμένων. καὶ προΐασι μὲν ἄχρι τῶν ἐσχάτων ἐν τοῖς μετέχουσι τὴν τῶν θεῶν ἰδιότητα. διὰ μέσων δὲ τῶν πρὸς ἑαυτὰ συγγενῶν.

Ἡ γὰρ ἑνὰς πρώτῳ μὲν τῷ νῷ δίδωσι τὴν ἑαυτῆς ἐξαίρετον ἐν τοῖς θείοις δύναμιν, καὶ ἀποτελεῖ καὶ ἐκεῖνον τοιοῦτον νοῦν, οἷα ἐστὶ καὶ αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν πληθος. διὰ δὲ νοῦ, καὶ ψυχῆς παρεστὶ, συνεξάπτουσα καὶ ἐκείνῃ τῷ νῷ, καὶ συνεκπυροῦσα, εἰ ὁ νοῦς ἦν μεθεκτός.

Διὰ δὲ ψυχῆς ἀπόχημα, τῆς οἰκείας ἰδιότητος καὶ τῷ ζώματι δίδωσιν, εἰ μετέχοι τὸ ζῶμα ψυχῆς. καὶ οὕτω γίνεται τὸ ζῶμα οὐ μόνον ἔμψυχον, καὶ νοερὸν, ἀλλὰ καὶ θεῖον.

Ζωὴν μὲν, καὶ κίνησιν λαβὸν παρὰ ψυχῆς. διαμονὴν δὲ ἄλυτον ἀπὸ νοῦ. ἕνωσιν δὲ θείαν, ἀπὸ τῆς μετεχο ***** ἑαυτῷ ὑπάρξεως μεταδίδωσι τοῖς ἐφεξῆς.

Et ipsa quidem Unitas, *est* statim-Deus, *vel*, *Per se-Deus*. Ipsa vero Mens, *est quidddam* divinissimum, *sive*, *maximè-divinum*. Anima verò, divina. Corpus vero, Deo-simile, *vel*, *divina-forma-prædium est*. Quamvis enim omnis Deorum numerus etiam supra Mentem sit, ipsæ tamen *participationes*, & communicationes, per cognata, & similia perficiuntur. Individua quidem essentia, per communicationem primo, *attingit* supereſſentiales Unitates.

Secundo vero, *est* illa generationem attingens *essentia*. Tertiò vero, *est* ipsa generatio. Et singula per proximè superiora *progrediuntur*. Et progreditur quidem usque ad ultima, in ijs, quæ participant *divinam naturam*, ipsa Deorum proprietas. Per media verò illa, quæ ipsi sunt cognata.

Unitas enim primæ quidem Menti dat suam eximiam in *rebus* divinis facultatem, & perficit etiam illam Mentem talem, qualis est & ipsa in singulari multitudine. Per Mentem verò, & animā, adest, illam etiā *animam* simul-accendens cum ipsa Mente, & simul-inflammans, si Mens fuerit participabilis.

Per animæ vero, *quasi dicas* extremum-sonum, *& extremam-resonantiam*, etiam ipsi corpori suam proprietatem impertit, si corpus animæ particeps aliquo modo fuerit. Sic autem corpus fit non solùm animatum, & intellectuale: Sed etiam divinum.

Nam vitam quidem, & motum accipit ab anima, permansionem verò indissolubilem *accipit* à Mente. Unionem vero divinam, *ab illa Unitate*, quæ participatur. *Ipsa verò Mens* suam essentiam sequentibus impertit.

ρλ.

Πάσης θείας τάξεως, τὰ πρῶτα μᾶλλον ἐξήρηται τῶν προσεχῶς ὑπ' αὐτὰ πλαγμένων, ἢ ταῦτα τῶν ἐφεξῆς. καὶ μᾶλλον ἐξέχεται τὰ δεύτερα τῶν προσεχῶς ὑπερκειμένων, ἢ τούτων τὰ μὴ πρῶτα. ὅσῳ μὲν γὰρ ἐνικώτερον ἦ τι, καὶ ὁλικώτερον, τοσούτῳ καὶ τῷ ὑπεροχῷ ἔλαχε μᾶλλον πρὸς τὰς ἐφεξῆς.

Ὅσῳ δ' αὖ ὑφειμένον καὶ τῷ δυνάμει, τοσούτῳ μᾶλλόν ἐστι πρὸς μετ' αὐτὸ συμφυέστερον. καὶ τὰ μὲν ὑψηλότερα, μᾶλλον ἑνίζεται πρὸς ἑαυτὰ αἰτιωτέροις. τὰ δὲ καταδεέστερα, ἧττον.

Δυνάμεως γάρ ἐστι μᾶλλον, τὸ μᾶλλον ἐξῃρῆσθαι τῶν ὑφειμένων, καὶ μᾶλλον ἡνῶσθαι πρὸς κρείττοσιν. ὥσπερ αὖ ἔμπαλιν, τὸ τῶν μὲν ἀφίστασθαι μᾶλλον, πρὸς δὲ συμπάσχειν, ἐλαττώσεώς ἐστι δυνάμεως. ὃ δὴ συμβαίνῃ πρὸς δευτέρους καθ' ἑκάστην τάξιν, ἀλλ' οὐ πρὸς πρώτους.

CXXX.

IN omni divino ordine, ea, quæ prima sunt, magis exempta-sunt ex ijs, quæ proximè sub ipsis collocata sunt, quam hæc ex sequentibus, & ea, quæ sunt secunda, magis pendent ex proximè superioribus, quam ex illis ea, quæ sunt post ista. Quo enim aliquid singularius, & universalius fuerit, eo etiam majorem excellentiam sortitum-est apud sequentia.

Quo vero summissius ipsâ potestate *fuerit*, *& quo viribus infirmius*, eo magis est cognatione-conjunctum cum ijs, quæ sunt post ipsum. Et sublimiora quidem magis uniuntur cum suis principalioribus causis. Inferiora vero, minus *cum ipsis superioribus cognatione-conjunguntur*.

Majoris enim est potentiæ, magis-exemptum-esse ex summissis, *& subjectis*, *& inferioribus*, *&* magis unitum-esse cum *superioribus*, & præstantioribus. Ut etiam contra, Ipsum ab his quidem *præstantioribus* magis recedere, cum his verò *deterioribus* simul-pati *aliquid*, est imminutio potentiæ. Quod profectò accidit secundis in uno-quoque ordine: sed non primis.

Omnis

CXXXI.

OMnis Deus à ſua propria actione regitur. Proprietatem enim *ſuæ* præſentiæ, *quam exeruit* in ſecunda, in ſe-ipſo primum demonſtrat. Quamobrem etiam alijs ſe-ipſum impertit, per ſui-ipſius exuperantem-plenitudinem. Neque enim defectus conveniens *eſt* Dijs, neque plenitudo tantum. Nam omnis quidem defectus eſt imperfectus, & fieri nullo modo poteſt, ut illud, quod eſt imperfectum, aliud perfectum faciat. Quod verò plenum *eſt*, *illud eſt* tantum ſua-ſorte-contentum. Nondum verò paratum *eſt* ad communicationem *ſui cum alijs*.

Quod igitur alia replet, & ſuas ſuppeditationes *i. e. res, quas alijs ſuppeditat*, in alia *diffundit*, & extendit, ſupra-modum-plenum, *vel, per-exuperationem plenum eſſe* oportet. Si igitur illud, quod eſt divinum, omnia per ſe replet bonis, quæ in ſe *continet*, *ergo eorum, quæ divina ſunt*, unum-quodq; per-exuperationem-plenum eſt. Si vero hoc in ſe-ipſo primo proprietatem *habet* collocatam, & ut dat alijs, ſic etiam illis portigit ipſas communicationes, *i. e. res, quas cum illis communicat*, per exuperationem-plenæ Bonitatis *hoc eſt munus*.

CXXXII.

OMnes Deorum ordines, medietate conjunguntur, *i. e. medio quodam conſtringuntur*. Etenim omnes Entium progreſſus, per ſimilia perficiuntur, & multo magis ipſi Deorum ordines indiſſolubilem poſſident cohærentiam, ut potè qui uniformiter ſubſiſtunt, & definiti ſunt per Unum, principalem ipſorum cauſam: Unitè igitur ſummiſſiones fiunt, & uno-tantum-modo, propter ſimilitudinem ſecundorum cum primis in ipſis Entibus *exiſtentem*. Quanto igitur *magis hoc fit, tanto* etiam magis, quàm ipſa Entia, in ipſa Unione ſubſiſtit Deorum eſſentia.

Omnia igitur divina genera per ſuas medietates ſunt-conjuncta, *per ſua media conjunguntur*, & non immediatè ad omnino differentes progreſſus eunt ipſa prima: Sed per genera utriuſq; communia, à quibus & progrediuntur, & quorum immediatè ſunt cauſæ. Hæc enim ipſas extremitates in Unitatem cogunt, quæ alijs quidem, per-naturæ-cognationem ſunt-ſubſtratæ, *& ſubiectæ*, ex alijs vero, proximè ſunt-exemptæ, & bene-compoſitam, *ac ordinatam rerum* divinarum procreationem, *atq; progeniem* conſervant.

CXXXIII.

OMnis quidem Deus, eſt Unitas benefica, vel Bonitas unifica, & iſtam habet eſſentiam, quatenus unus-quiſq; Deus *eſt*: Sed primus quidem ſimpliciter *eſt* Bonum, & ſimpliciter Unum. Unusquiſq; vero eorum, qui ſunt poſt illum primum *Deum*, eſt quædam Bonitas, & quædam Unitas. Nam divina proprietas Unitates, & Bonitates Deorum diſtinguit ita, ut unus-quiſq; *Deorum* per aliquã Bonitatis proprietatem omnia bona-faciat, & quodammodo perficiat, *ad perfectionem perducat*, vel contineat, vel cuſtodiat.

ρλα'.

Πᾶς θεὸς ἀφ' ἑαυτοῦ τῆς εἰκείας ἐνεργείας ἄρχεται. τῷ γὰρ ἰδιότητα τὴς εἰς τὰ δεύτερα παρουσίας, ἐν ἑαυτῷ πρῶτον ἀποδείκνυσι. διόπερ καὶ τοῖς ἄλλοις ἑαυτοῦ μεταδίδωσι, καὶ τὸ ὑπερπλήρες ἑαυτοῦ. οὔτε γὰρ τὸ ἐλλεῖπον εἰκεῖον τοῖς θεοῖς, οὔτε τὸ πλῆρες μόνον. τὸ μὲν γὰρ ἐλλεῖπον πᾶν, ἀτελὲς ὑπάρχει, καὶ ἄλλο πλήρωσιν ποιεῖν, αὐτὸ μὴ πλῆρες ὑπάρχον, ἀμήχανον. τὸ δὲ πλῆρες, αὔταρκες μόνον. οὔπω δὲ εἰς μετάδοσιν ἔτετμεν.

Ὑπέρπληρες ἄρα δεῖ τὸ πληρωτικὸν ἄλλων, καὶ εἰς ἄλλα διατείνον τὰς ἑαυτοῦ χορηγίας. εἰ οὖν τὸ θεῖον ἄπαν ἀφ' ἑαυτοῦ πληροῖ τῶν ἀγαθῶν τῶν ἐν ἑαυτῷ ἕκαστον ὑπερπλήρες ἐστιν. εἰ δὲ πῦπο ἐν ἑαυτῷ πρώτῳ τῷ ἰδιότητα ἱδρυσάμενον, ἢ δίδωσι τοῖς ἄλλοις, οὕτω δὴ κἀκείνοις ἐπαρέξει τὰς μεταδόσεις. τῆς ὑπερπλήρους ἀγαθότητος.

ρλβ'.

Πᾶσαι τῶν θεῶν αἱ τάξεις, μεσότητι συνδέδενται. καὶ γὰρ πᾶσαι τῶν ὄντων αἱ πρόοδοι, διὰ τῶν ὁμοίων διατελοῦσι, καὶ πολλῷ δὴ μᾶλλον αἱ τῶν θεῶν διακοσμήσεις ἀδιάλυτον κέκτηνται τὴν συνέχειαν, ἅτε ἑνοειδῶς ὑφεστηκυῖαι, καὶ καθ' ἓν ἀφωρισμέναι τὸ ἀρχικὸν αὑτῶν ἕκαστον. ἰσοῤῥόπως οὖν αἱ ὑφέσεις γίνονται, καὶ μένουσι, καθ' ἓν ἐν πᾶσι τοῖς οὖσι τῶν δευτέρων πρὸς τὰ πρῶτα ὁμοιότητα. ὅσῳ δὲ καὶ ἡ τῶν θεῶν ὕπαρξις ἐν τῇ ἰσώσει τῶν ὄντων μᾶλλον ὑφέστηκε.

Πάντα οὖν τὰ θεῖα ἑνὶ συνδέδεται ζωῆς οἰκείους μεσότησι, καὶ οὐκ ἀμέσως ὅλα τοῖς διαφερούσας ταύτῃ πρὸόδους χωρεῖ τὰ πρῶτα, ἀλλὰ διὰ τῶν ἑκατέροις κοινῶν γενῶν, ἀφ' ὧν τε πρόεισι, καὶ ὧν ἐστιν ἀμέσως αἴτια. ταῦτα γὰρ συνάγει τὰ ἄκρα καὶ μίαν ἕνωσιν, τοῖς μὲν ὑπερτεθειμένα συμφυῶς, τῶν δὲ ἐξῃρημένα πρόσχωρα, καὶ τὴν εὐτακτον διαφυλακτικὴν τῶν θείων διατεθείσης.

ρλγ'.

Πᾶς μὲν θεὸς, ἑνὰς ἐστιν ἀγαθουργὸς, ἢ ἀγαθότης ἑνοποιὸς, καὶ τούτῳ ἔχει τὴν ὕπαρξιν, καθόσον ἕκαστος θεὸς. ἀλλ' ὁμῶς πρώτως θεὸς, ἁπλῶς πάγαθον, καὶ ἁπλῶς ἕν. τῶν δὲ μετὰ τὸν πρῶτον ἕκαστος, τις ἀγαθότης ἐστὶ, καί τις ἑνάς. ἡ γὰρ ἰδιότης ἡ θεία διίστησι τὰς ἑνάδας, καὶ ἀγαθότητας τῶν θεῶν, ὥστε ἕκαστον κατὰ τῆς ἀγαθότητος ἴδιωμα, πάντα ἀγαθωῖδη, οἷον πλειουργῶν, ἢ σωτηρίαν, ἢ φρουρεῖν.

Τούτων γὰρ ἕκαστον τὸ ἀγαθόν ἐστιν, ἀλλ' οὐ πᾶν τὸ ἀγαθόν. τὸν μὲν ἑνιαίαν αἰτίαν, τὸ πρῶτον προσήκαμεν. διὸ καὶ πάγαθόν ἐστιν ἐκεῖνο, ὡς πάσης ἀγαθότητος ὑπερπλῆρον. οὐ γὰρ αἱ πᾶσαι τῶν θεῶν ὑπάρξεις ἅμα παρεστῶσαι τῷ ἑνὶ, τοσοῦτόν ἐστι πρὸς τὸ πλῆθος τῶν θεῶν ἔλαχεν ὑπεροχῆς.

ρλδ'.

Πᾶς θεὸς νοῦς, νοεῖ μὲν, ὡς νοῦς, προνοεῖ δὲ, ὡς θεός. τὸ μὲν γὰρ νοεῖ, τὸ γινώσκειν τὰ ὄντα. καὶ ἐν νοήσεσιν ἔχειν τὸ τέλειον, ἐξαίρετόν ἐστι. τὸ δὲ θεοῦ, τὸ προνοεῖν, καὶ ἀγαθῶν πάντα πληροῦν.

Ἡ δὲ μετάδοσις αὕτη, καὶ ἡ πλήρωσις, διὰ ἕνωσιν γίνεται τῶν πληρουμένων, πρὸς τὰ πρὸ αὐτῶν. ἣν καὶ ὁ νοῦς μιμούμενος, εἰς πάντων ἔρχεται τὰ νοητά.

Ἢ οὖν προνοεῖ, θεός. ἐν τῇ πρὸ νοῦ ἐνεργείᾳ τῆς προνοίας ἱσταμένης. διὸ καὶ πᾶσι μὲν ἑαυτὸν μεταδίδωσιν, ὡς θεός, οὐ πᾶσι δὲ πάρεστιν, ὡς νοῦς.

Καὶ γὰρ ἐφ' ἃ τὸ νοερὸν ἰδίωμα μὴ προέρχεται, θᾶττον ἅπτεται φθάνει τὸ θεῖον. καὶ γὰρ τὰ μὴ νοοῦντα, προνοητὰ βούλεται, καὶ ἀγαθοῦ τινὸς μεταλαγχάνειν. πῶς δὲ, διότι νοῦς μὲν οὐ πάντα ἐφίεται, οὐδὲ οἷς μεταδοῦναι δυνατόν. ἅπαντα δὲ ἀγαθοῦ πάντα ἐφίεται, καὶ παρεῖναι τυχεῖν.

ρλε'.

Πᾶσα θεία ἑνὰς, ὑφ' ἑνὸς ὅλου μετέχεται τῶν ὄντων ἁπλῶς, καὶ πρὸς τὸ ἑκάστου ἑνοειδὲς, εἰς μίαν ἑνάδα θείαν ἀναλίσκεται. καὶ ὅσαι αἱ μετεχόμεναι ἑνάδες, τοσαῦται καὶ τὰ μετέχοντα ὅλη τῶν ὄντων. οὔτε γὰρ δύο, ἢ πλείους ἑνάδες ὑφ' ἑνὸς μετέχονται.

Πῶς γὰρ, τῶν ἐν αὐταῖς ἰδιοτήτων ἐξηλλαγμένων, οὐχὶ καὶ τὸ ἑκάστῃ συμφυόμενον ἐξήλλακται, δι' ὁμοιότητος τῆς ἑνοφυοῦς γενομένης;

Οὔτε μία ἑνὰς ὑπὸ πλειόνων μετέχεται διηρημένως. ἀπείρατα γὰρ τὰ πολλὰ ὄντα τῇ ἑνάδι, καὶ ὡς ὄντα τῇ πρὸ τῶν ὄντων, καὶ ὡς πολλὰ ἑνάδι.

Horum enim unum--quodq; est aliquod Bonum: Sed non omne Bonum. Illud verò, quod est primum, unicam, *& singularem*, causam primo-loco statuit. Quamobrem etiam illud est Bonum, ut potè quod omnem Bonitatem fundat, *atque constituit*. Non enim omnes Deorum essentiæ simul Uni exæquantur, tantam illud *Primum* superlationem, *& excellentiam* sortitum est apud ipsam Deorum multitudinem.

CXXXIV.

OMnis divina Mens, videt quidem, ut Mens, providet verò, ut Deus, *vel, cognoscit quidem, ut Mens, præcognoscit verò, ut Deus*. Nam ipsius quidem Mentis *munus* est eximium, ipsum Entia cognoscere, & in notionibus, *ac intelligentijs* habere ipsam perfectionem. Ipsius verò Dei *munus est eximium*, ipsum providere, *suâque providentiâ omnia moderari*, & bonis omnia replere.

Hæc autem communicatio *bonorum*, & ista repletio, propter Unionem fit eorum, qui *suis bonis omnia* replent, *& referuntur* ad ea, quæ *sunt* ante ipsa *bona*. Quam *repletionem* & ipsa Mens imitans, in idem venit cum ipsis mente-perceptis, *idem est, ac illa, quæ mente percipiuntur*.

Quatenus igitur providet, *& quatenus Mente præcognoscit*, *eatenus est* Deus. Quia providentia consistit in illa actione, quæ est ante Mentem. Quamobrem etiam omnibus quidem se-ipsum impertit, ut Deum, non omnibus tamen adest, ut Mens.

Etenim ad quæ intellectualis proprietas non progreditur, ad illa numen divinum ocius-pervenit. Etenim ea, quæ non mente--percipiunt, providere cupiunt, & aliquod bonum participare *student*. Hoc autem *fit*, quia Mentem quidem, non omnia expetunt, ne illa quidem, quæ *Mentem* participare possunt. Ipsum verò Bonum, omnia expetunt, & assequi properant, *idque participare student*.

CXXXV.

OMnis divina Unitas ab Entium aliquo participatur immediatè, & omne, quod Deificatur, ad unam Unitatem divinam contendit, *dirigitur, ac refertur*. Et quot *sunt* Unitates, quæ participantur, tot etiam *sunt* ipsa genera, quæ participant Entia. Non enim duæ, vel plures Unitates ab Uno participantur.

Quomodo enim, cùm proprietates, quæ sunt in ipsis *Unitatibus*, sint immutatæ, non etiam immutatur illud, quod cum una-quaque *Unitate* simul-natcitur, cùm ipsa conjunctio per similitudinem fiat?

Neque una Vnitas à pluribus participatur divisim, *dividuè*, *partitè*. Nam multa Entia cum Vnitate non conjunguntur, & quatenus sunt Entia, quæ *conjunguntur* cum illa Vnitate, quæ est ante ipsa Entia, & quatenus multa *cum Unitate conjunguntur*.

Oportet

Oportet autem illud, quod participat *aliquid*, partim *quidem*, simile esse illi, quod participatus, partim verò, diversum, & dissimile. Quoniam igitur id, quod *aliquid* participat, est aliquid ex Entium numero, ipsa verò Unitas *est* supereſſentialis, & propterea *hæc inter se* sunt dissimilia. Unum igitur oportet esse id, quod participat *aliquid*, ut etiam propter hoc *ipsum*, simile sit ipsi Uni, quod participatur, quamvis alterum quidem, quod est ita Unum, sit ut Unitas, alterum verò, sit ut illud, quod passum est ipsum Unum, & Unitum, propter illius *Unitatis* communicationem.

Δεῖ δὲ τὸ μετέχον πῆ ὅμοιον εἶναι τῷ μετεχομένῳ, πῆ δὲ ἕτερον, καὶ ἀνόμοιον. ἐπεὶ οὖν τὸ μετέχον τῶν ὄντων τί ἐστι, τὸ δὲ ἑνάς ὑπερούσιος, καὶ τοῦτο πῶς ἀνομοίως πως. ἵν' ἄρα εἶναι χρὴ τὸ μετέχον, ἵνα καὶ τοῦτο, ὅμοιον ᾖ τῷ μετεχομένῳ ἑνί, εἰ καὶ τὸ μὲν οὕτως ἕν, ὡς ἑνάς, τὸ δὲ, ὡς πεπεισθὲς τὸ ἕν, καὶ ἡνωμένον, διὰ τὴν ἐκείνης μέθεξιν.

CXXXVI.

ρλς΄.

OMnis Deus universalior quidem existens, & collocatus propius illum primum *Deum*, ab universaliore Entium genere participatur. Ille verò, qui est particularior, & *ab illo primo Deo* remotior, à particulariore *participatur*. Et ut Ens ad Ens *refertur*, sic Unitas ad illam Unitatem divinam *refertur & contendit*.

Si enim quot *sunt* Entia, tot etiam *sunt* Unitates, & contrà, quum una *Unitas* ab Uno participatur, perspicuum jam *est*, quod secundùm ipsarum Unitatum ordinem, ipse Entium ordo progreditur, assimilatus, *vel*, *similis* illi *ordini*, qui est ante ipsum.

Et cum universalioribus quidem *Unitatibus* ea, quæ sunt universaliora nascuntur, *& coherent*. Cum particularioribus verò Unitatibus, particulariora Entia *coherent*. Si enim non *ita fiat*, rursus dissimilia cum dissimilibus conjungentur, & secundùm dignitatem distributio non erit. Hæc autem impossibilia *sunt*, *nullo*ᵈ *modo fieri possunt*. Si quidem & alijs omnibus ipsum Unum, & propria mensura illinc illucescit, ab illis *ad alia* pervenit. Multo igitur magis in ipsis erit ordo communicationis, similia secundum facultatem similium accedens, *vel*, *similia ex similium facultate suspendens*.

Πᾶς θεὸς ὁλικώτερος μὲν ὑπάρχων, καὶ ἱδρυτέρω δὲ πρώτου πλαγμίου, τοῦ ὁλικωτέρου γένους τῶν ὄντων μετέχεται. μερικώτερος δὲ, καὶ πορρώτερον, ὑπὸ μερικωτέρου. καὶ ὡς τὸ ὂν πρὸς τὸ ὄν, οὕτως ἡ ἑνὰς πρὸς τὴν ἑνάδα τὴν θείαν.

Εἰ γὰρ ὅσα τὰ ὄντα, τοσοῦτα, [l. τοσοῦτοι] καὶ αἱ ἑνάδες, καὶ ἔμπαλιν, μιᾶς ὑφ' ἑνὸς μετεχομένης, δῆλον δὴ ὅτι κατὰ τὴν τῶν ἑνάδων τάξιν, ἡ τῶν ὄντων προέισι τάξις, ὁμοιουμένη τῇ πρὸ αὐτῆς.

Καὶ ταῖς μὲν ὁλικωτέραις, τὰ ὁλικώτερα συμφύεται. ταῖς δὲ μερικωτέραις ἑνάσι, τὰ μερικώτερα ἕπεται. εἰ γὰρ μὴ, πάλιν τὰ ἀνόμοια τοῖς ἀνομοίοις συνάψει. καὶ ἡ καθ' ἀξίαν διανομὴ οὐκ ἔσται. ταῦτα δὲ ἀδύνατα. ἔστι δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι τὸ εἶναι, καὶ τὸ εἰκεῖσθαι μέτρον ἐκεῖθεν ὑπολάμπειν, καὶ ἀπ' ἐκείνων ἰφήκειν. πολλῷ δὴ οὖν μᾶλλον ἐν αὐτοῖς τάξις ἔσται τῆς μεθέξεως, τὰ ὅμοια κατὰ τὴν δύναμιν τῶν ὁμοίων ἐξαπτούσης.

CXXXVII.

ρλζ΄.

OMnis Unitas unà cum Uno constituit ipsum Ens, quod participat ipsam. Nam ipsum quidem Unum, ut omnium est fundatrix-causa, sic etiam ipsas Unitates * illuminans, producit simpliciter quidem *ipsum* Esse, Uno faciente, *& agente*. Ipsum verò cognatum esse *producit*, ipsa Unitate *illud* efficiente, quæ *Unitas* cognatum est *ipsi Uni*. Hæc igitur *Unitas* est illa, quæ pe se-ipsam definit ipsum Ens, quod ipsam participat, & quæ proprietatem supereſſentialem in se demonstrat essentialiter. Ex eo enim, quod est ubiq; primò, ipsum, quod est secundò, existit, ut illud sit, quod est. Si qua igitur est ipsius Deitatis supereſſentialis proprietas, hæc est & ipsius Entis, quod ipsam essentialiter participat.

Πᾶσα ἑνὰς συμφύεται τῷ ἑνὶ τὸ μετέχον αὐτῆς ὄν. τὸ μὲν γὰρ ἕν; ὡς πάντων ἐστὶν ὑποστάτειρα, οὕτω καὶ * τῶν ἑνάδων ἐλλάμπουσα, παράγει ἁπλῶς μὲν εἶναι, ἕνος ποιοῦντος. τὸ δὲ συμφυὲς εἶναι, τῆς ἑνάδος αὐτοποιούσης. ἢ ἐστι συμφυὲς. αὕτη οὖν ἐστιν ἡ καθ' ἑαυτὸν ἀφορίζουσα τὸ μετέχον αὐτῆς ὄν, καὶ τὴν ἰδιότητα τὴν ὑπερούσιον ἐν αὐτῇ δεικνύουσα οὐσιωδῶς. ὅτι γὰρ μὲν πρώτως πάσχει, τὸ δὲ πρώτως ὑπάρχει τοῦτο εἶναι τοῦτο, ὅ ἐστιν. εἴτις οὖν ἐστι τῆς θειότητος ὑπερούσιος ἰδιότης, αὕτη καὶ τοῦ ὄντος ἐστὶ τοῦ μετέχοντος αὐτῆς οὐσιωδῶς.

* *Positum. Eorum, quæ participantur, & Entium, quæ ex Unitatibus pendent, causa. Quod verò ex una-quaque* [*Unitate*] *pendet,* [*est*] *ipsa Unitas, quæ in ipsum* [*Ens ingreditur.*]

* Κείμενον. τῶν μετεχομένων, καὶ τῶν ὄντων, τῶν τὰς ἑνάδας αἰωρημένων αὐτῶν. τὸ δὲ ἑκάστης ἐξημμένον ἡ ἑνὰς, ἡ ἑαυτῆς.

CXXXVIII.

ρλη΄.

OMnium, quæ divinam proprietatem participant, & quæ deificantur, primum est, & summum ipsum Ens. Si enim ipsum Ens est supra Mentem, & Vitam, ut demonstratum est.

Πάντων τῶν μετεχόντων τῆς θείας ἰδιότητος, ἐκθεουμένων, πρώτιστόν ἐστι, καὶ ἀκρότατον τὸ ὄν.

Εἰ γὰρ καὶ ἕνιοῦ, καὶ τῆς ζωῆς ἐπίκεινα τὸ ὂν, ὡς δέδεικται. εἰ γὰρ πλείοσιν πρὸ μὲν τὸ ἕν, ἄπειρον, ἀκρότατον δὲ εἶη τὸ ὄν. πρότερον μὲν γὰρ ἐνικώτερον, καὶ μᾶλλον πρὸ πάντως σεμνότερον. ἄλλο δὲ πρὸ αὐτοῦ οὐκ ἔστι πλεῖόν ἐστος. πρὸ γὰρ ἑνιαίου πλήθους, τί ἄλλο, ἢ τὸ ἕν; πλῆθος γὰρ ἑνιαῖον τὸ ὄν, ὡς ἐκ πέρατος ὄν, καὶ ἄπειρον. καὶ ὅλως πρὸ τῆς οὐσίας, τὸ ὑπερούσιον ὄν.

Ἐπεὶ καὶ ἐν ταῖς εἰς τὰ δεύτερα ἐλλάμψεσι, μόνον τὸ ἓν ἐπέκεινα φθάνει ἕστος. τὸ δὲ ὂν, ἅθρους μὲν τὸ ἕν. Τὸ γὰρ δυνάμει ὂν, οὔπω δὲ ὂν, ἕν ἐστι καὶ πλὴν αὐτὸ φύσιν. καὶ τὰ μὲν πρῶτα ἤδη ἐνεργείᾳ ὄν. καὶ ἐν ταῖς ἀρχαῖς ἄρα ἕστος ἐπίκεινα ἅθρους τὸ μὴ ὄν, ὡς κρεῖττον ἕστος, καὶ ἕν.

ρλθ'.

Πάντα τὰ μετέχοντα τῶν θείων ἑνάδων, ἀρχόμενα μὲν ἀπὸ ἕστος, εἰς πλὴν ζωμαλικλὴν φύσιν. τὸ γὰρ πρῶτόν ἐστι τῶν μετεχόντων τὸ ὄν. ἔσχατον δὲ, τὸ ζῶμα. καὶ γὰρ ζώματα θεῖα φαμὲν.

*Legendum hic, ut in huius capitis fine, linea pen. esuit.

Πάντων γὰρ τῶν ὄντων τὰ ἀκρότατα τῆς θείας αἰτίας. ζωμάτων, ψυχῶν, νόων, ἵνα ἐν πάσῃ τάξει τὰ τῆς θείας ἀναλογούντα, σωματικὰ, καὶ ζωτικὰ τῶν δεύτερων ὑπάρχει, [l. ὑπάρχῃ,] καὶ ἕκαστος ἀριθμὸς ὅλος καὶ τὸ ἐν μέρει ὅλον ἔχων ἐν ἑαυτῷ πάντα, καὶ πρὸ τῶν ἄλλων, πλὴν θείαν ἰδιότητα.

Ἔστιν οὖν καὶ ζωμαλικῶς, καὶ ψυχικῶς, καὶ νοερῶς, τὸ θεῖον ὄν. καὶ δῆλον ὅτι πάντα ταῦτα, θεῖα καὶ μέθεξιν. τὸ γὰρ πρώτως θεῖον, ἐν ταῖς ἑνάσιν ὑφέστηκε. τὰ ἄρα μετέχοντα τῶν θείων ἑνάδων, ἀρχόμενα μὲν ἀπὸ ἕστος, λήγει δὲ εἰς πλὴν ζωμαλικλὴν φύσιν.

ρμ.

Πᾶσαι τῶν θείων αἱ δυνάμεις, ἄνωθεν ἀρχόμεναι, καὶ διὰ τῶν οἰκείων προϊοῦσαι μεσοτήτων, μέχρι τῶν ἐσχάτων καθήκουσι, καὶ τῶν περὶ γῆν τόπων. Οὔτε γὰρ ἐκείνας διείργει τι, καὶ ἀποκωλύει τῆς εἰς πάντα παρουσίας. οὐδὲ γὰρ δέονται τόπων, καὶ διαστάσεων, διὰ τὴν ἄχραντον πρὸς πάντα ὑπεροχὴν, καὶ τὴν ἀμιγῆ πάντων καθ' ὑπεροχὴν παρουσίαν. οὔτε τὸ μετέχειν αὐτῶν ἀπαγορεύει, κωλύει τῆς μεθέξεως.

Ἀλλ' ἅμα τε πρὸς τὴν μετουσίαν ἕτοιμον γίνεται, κἀκεῖναι πάρεισιν, οὔτε τότε παραγινόμεναι, οὔτε πρότερον ἀπιοῦσαι, ἀλλ' ἀεὶ ὡσαύτως ἔχουσαι. εἰ οὖν τι τῶν περὶ γῆν ἑτοιμότερον ἢ μετέχειν, καὶ πάντῃ πάρεισι, καὶ

Si enim plurimorum hoc *Ens*, poſt ipſum Vnum, *eſt* cauſa, ſummum erit ipſum Ens. His enim *Entibus ipſum Vnum eſt* ſingularius, & propterea prorſus *eſt* auguſtius. Aliud verò ante ipſum *Ens* non eſt præter ipſum Vnum. Nam ante ſingularem multitudinem, quid aliud *eſt*, quam ipſum Vnum? Multitudo verò ſingularis *eſt* ipſum Ens, ut id, quod ex fine conſtat, *& quod ſimul eſt finitum*, & infinitum. Et deniq; ante ipſam eſſentiam *eſt* illud Ens ſupereſſentiale.

Quoniam & in illis illuminationibus, *quæ ſunt* in ſecundis *naturis*, ſolum ipſum Vnum, ſtatim eſt ſupra ipſum Ens. Ipſum verò Ens, *eſt* ſtatim poſt ipſum Vnum. Quod enim *eſt* poteſtate Ens, nondum verò *actu* Ens, *id* Vnum eſt per ſuam naturam. Et illud Ens, quod *eſt* poſt hoc *Vnum*, jam actu *eſt Ens*. Ergo & in ipſis principijs, illud, quod non *eſt* Ens, ſtatim *eſt* ſupra id, quod eſt Ens, ut ipſo Ente præſtantius, & Vnum *exiſtens*.

CXXXIX.

OMnia quæ participant divinas Vnitates, initium ducunt ab ipſo Ente, *& progrediuntur*, & *deſinunt* in ipſam corpoream naturam. Nam ipſum Ens eſt primum eorum, quæ participant *divinas Vnitates*. Ipſum vero corpus, *eſt* ultimum. Etenim corpora divina eſſe dicimus.

Omnium enim generum ea, quæ ſumma ſunt, Dijs attribuuntur, corporum, animarum, Mentium, ut in omni ordine ea, quæ Dijs conveniunt, ſecunda contineant, & conſervent, & unus-quiſq; numerus integer ſit, ſecundum illud Totum, quod in parte *continetur*, in ſe-ipſo continens omnia, & ante alia, divinam proprietatem.

Divinum igitur genus eſt & corporaliter, & animaliter, & intellectualiter, *i. e. & ſecundum corpus & ſecundum animam, & ſecundum intellectum*. Et perſpicuum *eſt*, quod hæc omnia, divina *ſunt* propter communicationem *cum divina natura*. Quod enim eſt primo divinum, in ipſis Vnitatibus ſubſiſtit. Quæ igitur participant divinas Vnitates, initium quidem ducunt ab ipſo Ente, deſinunt verò in ipſam corpoream naturam.

CXXXX.

OMnes *rerum* divinarum poteſtates, quæ ſupernè ducunt initium, & quæ per ſuas medietates, *i. e. per ſua media*, progrediuntur, ad extremas uſq; *partes* perveniunt vel illorum locorum, quæ ſunt circa terram, *quæ terram ambiunt*. Neq; enim illas *poteſtates* quidquam dirimit, & prohibet à præſentia *quâ ſeruntur* in omnia. Non enim indigent locis, & intervallis, propter invictam in omnibus excellentiam, & non mixtam ubiq; præſentiam. Neq; illud, quod ad ipſas *poteſtates* participandas eſt aptum, ab *ipſarum* participatione prohibetur.

Sed & ſimul aliquid ad ipſarum participationem paratum eſt, & illæ *ſtatim* adſunt, neq; tunc illæ adfuerunt, neq; prius abfuerunt: ſed ſemper eodem-modo fuerunt, *& ſunt*. Si quid igitur eorum, quæ ſunt circa terram, aptum fuerit ad *ipſas* participandum, & huic adſunt *illæ poteſtates*, & omnia

ſe-ipſis

ſe-ipſis replent, & ſuperioribus quidem, magis adſunt, mediis verò, ſecundùm ipſorum ordinem, ultimis verò, ultimo-loco *adſunt*. A-primis igitur ad ultima uſq; *poteſtatus iſtæ* ſe-ipſas extendunt. Quamobrem etiam in his ſunt primorum ſignificationes, & omnia naturæ cognatione, conſenſuq; cum omnibus conjuncta. Nam in primis quidem, ſecunda præexiſtunt, in ſecundis verò, prima manifeſtè-apparent. Nam unum-quodq; trifariam eſt, vel per cauſam, vel per eſſentiam, vel per participationem, *ſive communionem*.

CXLI.

OMnis Deorum providentia *duplex eſt*. Una quidem, eſt exempta ex ijs, quibus providetur. Altera verò, cum *illis* collocata. Nam alia quidem per eſſentiam, & ordinis proprietatem, prorſus explicata-ſunt-ſupra res illas, quæ *colluſtrantur*, *ac* illuminantur.

Alia verò, quæ ſunt ejuſdem ordinis, providentiam ſubjectis, *& inferiorum providam curam gerunt*, *eorum*, *quæ ſunt* ejuſdem conjugationis, *generis*, *& ordinis*, hæc etiam imitantia providam actionem eximiorum Deorum, *qui ex aliorum Entium ordine ſunt exempti*, & cupientia replere ſecunda bonis, quibus *ea replere* poſſunt.

CXLII.

OMnibus quidem dij pariter adſunt, non omnia verò pariter ipſis Dijs adſunt: Sed ſingula ſecundum ſuum ordinem, & facultatem, illorum præſentiam participant. Alia quidem, uniformiter. Alia verò, multipliciter. Et alia quidem, ab æterno, *vel*, *in-æternum*. Alia verò, ſecundùm tempus, *& in tempore*. Et alia quidem, ſine-corporis-interventu, *q. d. incorporeè*.

Alia verò, corporeè, *vel*, *ut vulgo dicitur*, *corporaliter*. Neceſſe enim *eſt* diverſam eorundem participationem, vel propter ipſum participans eſſe diverſam, vel propter illud, quod participatur. Sed omne divinum ſemper eundem ſervat ordinem, & in omnibus eſt inſuperabile, & non-mixtum, *nec ab ullo retineri*, *coerceriq*, *poteſt*, *nec cum ullo miſceatur*.

Reliquum igitur eſt, ut propter ipſum participans, hæc immutatio *fiat*, *aiq*, ſubſiſtat, & in his ſit illud, quod non eodem-modo *ſemper eſt*, & hæc aliàs aliter *ſe habeant*, & alia aliter adſint ipſis Dijs. Quare, quamvis illi *Dij* pariter omnibus adſint, omnia *tamen* non pariter illis adſunt: Sed ſingula pro viribus, *& ut poſſunt*, *illis* adſunt, & ut adſunt, ſic illis fruuntur. Nam ipſa participatio, *ſiv. communicatio ſit* ſecundum menſuram horum præſentiæ.

CXLIII.

OMnia inferiora, Deorum præſentiæ cedunt, quamvis ipſum participans, aptum ſit *ad participandam Deorum præſentiam*. Omne quidem alienum à divina luce, *procul ab ea recedit*, *&* amovetur. Omnia verò ſimul à Dijs colluſtrantur, *ac illuminantur*. Semper enim divina rerum-comprehendendarum-majorem-vim-habent, & potentiora ſunt rebus illis, quæ-progreſſæ-ſunt ab ipſis. Ipſa verò participantium *q. d.* ineptitudo, *i. e. inepta*, *non*

πάντα πεπλήρωκαν ἑαυτῶν, καὶ τοῖς μὲν ὑφεστῶσι μείζονως πάρεισι, τοῖς δὲ μέσοις, καὶ τῷ αὐτῷ πάσιν, τοῖς δὲ ἐσχάτοις, ἐσχάτως. ἄνωθεν οὖν μέχρι τῶν πλαγίων ἐκτείνουσιν ἑαυτάς. ὅθεν καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ὑπὸ τῶν πρώτων ἐμφάσεις, καὶ συμπαθῆ πάντα πᾶσιν. ἐν μὲν τοῖς πρώτοις τῶν δευτέρων προϋπερέχοντων, ἐν δὲ τοῖς δευτέροις, τῶν πρώτων ἐμφαινομένων. τελέως δὲ ἑκάστοις, ἢ καθ' αὐτίαν, ἢ καθ' ὕπαρξιν, ἢ καὶ μέθεξιν.

Ρμά.

Πᾶσα περίοδος θεῶν, ἡ μὲν, ἐξῃρημένη τῶν περιεκλωμένων ἐστὶν, ἡ δὲ, συμπλαγμένη. καὶ μὲν δὴ καὶ τῷ ὑπάρξιν, καὶ τῷ τῆς πέρατος ἰδιότητα, παντελῶς ὑπερήπλωται τῶν ἑλλαμπομένων.

Καὶ δὲ τῆς αὐτῆς ὅλης διακοσμήσεως, περιοδεῖ τῶν ὑφειμένων τῆς αὐτῆς συστοιχίας. μιμούμενα καὶ ταῦτα τῶν ἐξῃρημένων θεῶν περιηκτικὴν ἐνέργειαν, καὶ πληροῦν ἐφιέμενα τὰ δεύτερα τῶν ἀγαθῶν, ὧν δύναται.

Ρμβ.

Πᾶσι μὲν οἱ θεοὶ πάρεισιν ἑαυτούς, οὐ πάντα δὲ ὡσαύτως τοῖς θείοις πάρεσιν. ἀλλ' ἕκαστα καὶ τῷ αὐτῶν τάξιν τε καὶ δύναμιν, μεταλαγχάνει τῆς ἐκείνων παρουσίας. τὰ μὲν, ἑνοειδῶς, τὰ δὲ, πεπληθυσμένως. καὶ τὰ μὲν, ἀϊδίως, τὰ δὲ, καὶ χρόνον.

καὶ τὰ μὲν, ἀσωμάτως, τὰ δὲ, σωματοειδῶς. ἀνάγκη γὰρ τῷ διαφέρον μετέχειν τῶν αὐτῶν, ἢ παρὰ τὸ μετέχον γίνεσθαι διάφορον, ἢ παρὰ τὸ μετεχόμενον. ἀλλὰ τὸ θεῖον πᾶν ἀεὶ τῷ αὐτῷ ἔχει τάξιν, καὶ ἄτρεπτόν ἐστι πρὸς πάντα, καὶ ἄμικτον.

Παρὰ τὸ μετέχον ἄρα λείπεται τῷ ἐξαλλαγὴν ὑφίστασθαι, καὶ τὸ εὐκ ὡσαύτως ἐν πᾶσιν εἶναι, καὶ ζωῦσι ἄλλοις ἄλλως, καὶ ἄλλα ἄλλως πάρεισι τοῖς θείοις. ὥστε πᾶσιν ἐκείνων ὡσαύτως παρόντων, τὰ πάντα εὐκ ὡσαύτως πάρεσιν ἐκείνοις, ἀλλ' ὡς ἕκαστα δύναται, πάρεσι, καὶ ὡς πάρεσιν, εὕτως ἐκείνων ἀπολαύει. καὶ γὰρ τὸ μέτρον τῆς τούτων παρουσίας ἡ μέθεξις.

Ρμγ.

Πάντα τὰ καταδεέστερα τῇ παρουσίᾳ τῶν θεῶν ὑπαείρεται, κἂν ἀπεπόδιστον ᾖ τὸ μετέχον. πᾶσι μὲν τὸ ἀμέτοχον θείου φωτὸς, ἐκπεσὸν γίνεται. καταλάμπεται δὲ πάντα ἀθρόως ὑπὸ τῶν θεῶν. ἀεὶ μὲν γὰρ τὰ θεῖα περιληπτικώτερα, καὶ δυνατώτερα τῶν ἀπ' αὐτῶν προϊόντων ἐστίν. ἡ δὲ τῶν μετεχόντων

αὐτοπρεπώτατος, τῆς ἐλλάμψεως τοῦ θείου αἰτία γίνεται. ἀμυδροῖ γὰρ κἀκείνῳ τῇ ἑαυτῆς ἀσθενείᾳ. ἐκείνης δὲ ἀμυδρουμένης, ἄλλο τι δοκεῖ τῶν ὑπερεχόντων μεταλαμβάνειν, οὐ κατὰ τὸν αὐτοῦ δύναμιν. ἀλλὰ κατὰ τὸν τῶν μετεχόντων ἀδυναμίαν, καταξιούσθαι δοκοῦν τοῦ θείου τῆς ἐλλάμψεως εἴδους.

ρμδ'.

Πάντα τὰ ὄντα, καὶ πάσαι τῶν ὄντων αἱ διακοσμήσεις ὅλαι τὰ ἑαυτῶν προελήλυθασιν, ἐφόσον καὶ αἱ τῶν θεῶν διακόσμησις. καὶ γὰρ ἑαυτοῖς οἱ θεοὶ τὰ ὄντα συμπαρήγαγον, καὶ οὐδὲν εἶδέ τι ἐστερῆσθαι, καὶ μέτρου, καὶ τάξεως τυχὸν ἔξω τῶν θεῶν. καὶ γὰρ πλησιοῦσι πάντα καὶ τὸν αὐτὸν δυνάμιν, καὶ πάθεσι, καὶ μετρεῖται πρὸς τῶν θεῶν. καὶ περὶ τῶν ἐσχάτων εὖν ἐν τοῖς αὐτοῖς ἡμῶν, προϋπάρχουσιν οἱ καὶ τοῦτα κοσμοῦντες θεοὶ, καὶ διδόντες, καὶ τύπους ζωῆς, καὶ εὐδοκίαν, καὶ πλείστηλα, καὶ ὑπερφοίτες, καὶ ταῦτα πρὸς πάντων, καὶ πρὸ τῶν μέσων ὡσαύτως, καὶ πρὸ τῶν πρώτων, καὶ πάντα ἐδρασθέντα, καὶ ἐνερριζωμένα τοῖς θεοῖς, καὶ ζώζεται διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν. ὑποχωρεῖ δὲ τὰ τῶν θεῶν, καὶ ἔρημον ἡμῶν γίνεται, παντελῶς εἰς τὸ μὴ ὂν ἐκπίπτοντα, καὶ ἀφαιζόμενα, τῶν συνεχόντων αὐτὸ, πάντη στρόφων.

Ρμέ.

Πάσης θείας τάξεως ἰδιότης διὰ πάντων φοιτᾷ τῶν δευτέρων, καὶ δίδωσιν ἑαυτὴν ἅπασι τοῖς καταδεεστέροις γένεσιν. Εἰ γὰρ ἄχρι τοσούτου τὰ ὄντα προέισιν, ἕως οὗ καὶ τῶν θεῶν οἱ διάκοσμοι προελήλυθασιν, ἐν ἑκάστοις γένεσίν ἐστιν ἡ τῶν θείων δυνάμεων ἰδιότης αὖθις ἐλλαμπομένη. νομίζεται γὰρ ἕκαστον δεῖσθαι τῆς οἰκείας προσεχοῦς αἰτίας τὴν ἰδιότητα, καθ' ἣν ἐκείνη τὴν ὑπόστασιν ἔλαχε.

Λέγω δὴ οἷον εἴ τίς ἐστι θεότης καθαρτικὴ, καὶ ἐν ψυχαῖς ἐστι κάθαρσις, καὶ ἐν ζώοις, καὶ ἐν φυτοῖς, καὶ ἐν λίθοις. καὶ εἴ τις φρουρητικὴ, ὡσαύτως. καὶ εἴ τις ὑπερτελικὴ, καὶ εἴ τις πλεσιουργὸς, καὶ εἰ ζωοποιὸς ὁμοίως. καὶ ὁ μὲν λίθος, μετέχει τῆς καθαρτικῆς δυνάμεως, ζωμαλικῶς μόνον. τὸ δὲ φυτὸν, ἔτι τελειότερον, καὶ τῷ ζωῇ. τὸ δὲ ζῶον, ἔχει καὶ κατὰ τὸν ὁρμὴν τὸ εἶδος τοῦτο. ψυχὴ δὲ λογικὴ, λογικῶς. νοῦς δὲ, νοερῶς. οἱ δὲ θεοὶ, ὑπερουσίως, καὶ ἑνιαίως. καὶ πᾶσα ἡ σειρὰ τὸν αὐτὸν ἔχει δύναμιν τοῦτο μιᾶς τῆς θείας αἰτίας. καὶ ὅπου τῶν λοιπῶν ὁ αὐτὸς λόγος. πάντα γὰρ ἐξήρτηται τῶν θεῶν. καὶ τὰ μὲν, ἐξ ἄλλων, τὰ δὲ, ἐξ ἄλλων ἐλάμπεται.

Aria, neq; commoda ratio. illuminationis numinis divini causa est. Obscurat enim & illam sua infirmitate: Quum autem illa obscuratur, aliud quiddam videtur principatum, *ac dominationem* facta-mutatione-sortiri, non secundum ipsius potestatem, *ac vires*: sed secundum ipsius participantis imbecillitatem, *& virium infirmitatem*, quod contra divinam illuminationis formam insurgere videtur.

CXLIV.

OMnia Entia, & omnes Entium ordines eo-usq; progrediuntur, quo-usq; & ipsi Deorum ordines. Nam ipsi Dij secum Entia producunt, & nihil est, quod possit subsistere, & mensuram, & ordinem consequi extra ipsos Deos. Nam omnia perficiuntur per ipsorum potentiam, & disponuntur, *& ordinantur*, & mensurantur ab ipsis Dijs. Ergo vel ante ultima genera, quæ sunt in ipsis Entibus præexistunt Dij, qui hæc etiam ordinant, & dant etiam his vitam, & formæ-fabricationem, *vel, naturam-formæ precreatricem*, & perfectionem, & convertunt, *ac reducunt* hæc etiam ad ipsum Bonum, & ante media pariter, & ante prima, & omnia in ipsis Dijs sunt-colligata, & *quasi* radicibus-altiùs-actis stabilita, & propter istam causam servantur, *& conservantur*. Quidquid verò *recedit*, *ac* deficit à Dijs, & deseritur, prorsus in illud, quod non est, mutatum-convertitur, & deletur, illis, qui continent ipsum, omnino privatum.

CXLV.

OMnis divini ordinis proprietas per omnia secunda pervadit, & se-ipsam dat, *ac impertit* omnibus deterioribus, *ac inferioribus* generibus. Si enim eo usq; ipsa Entia progrediuntur, quò usque etiam ipsi Deorum ordines progressi-sunt, in singulis generibus est ipsa divinarum potestatū proprietas, supernè illuminata. Unum-quodq; enim accipit à sua proxima causa proprietatem, per quā illa *suam* hypostasin, *& naturam* est-sortita.

Dico autem exempli gratia, si qua Deitas est purgandi-vim-habens, *i. e. vitiorum, & peccatorum purgatrix, & expiatrix*, *ergo* & in animabus, & in animalibus, & in plantis, & in lapidibus est purgatio. Et si qua *Deitas est rerum* custos pariter *igitur & in supra dictis rebus est aliqua ipsarum divina custodia*, & si qua convertendi-vim-habens, & si *qua* rerum-perfectrix, & si vivifica, pariter *nobis res est accipienda*. Nam & ipse lapis, particeps-est purgatricis facultatis, corporeè, *sive, corporaliter*, *& propter corpus* tantum. Planta verò, multo dilucidius *particeps est purgatricis facultatis*, propter vitam. Ipsum verò animal, habet etiam propter istam appetitionem, istam formam. Anima vero rationalis, rationaliter. Mens verò, intellectualiter. Ipsi verò Dij, supereſſentialiter, & singulariter. Et tota series eandem habet potestatem ab una divina causa *manantem*. Et in reliquis eadem *est* ratio. Omnia enim ex Diis pendent. Et alia quidem, ab alijs, alia vero ab alijs *illustrantur*, *ac* illuminantur.

Et ipſæ ſeries ad extremas uſq; *partes* perveniunt. Et alia quidem, immediatè, alia verò, per media plura, vel pauciora, ad illos *Deos* referuntur, *& ex illis pendent*. Poſtea vero, omnia Deorum *ſunt, & ſuam naturam ab illis accipiunt*, & quod unumquodq; habet ſecundùm naturam, illinc, *à Dijs ſcilicet, id manans accipit, ac* habet.

CXLVI.

OMnium divinorũ progreſſuum fines ſuis principijs aſſimilantur, circulum expertem-principij, & fine-carentem ſervantes, per ipſam ad principia converſionem, *καὶ reverſionem*. Si enim unum-quodq; eorum, quæ-progreſſa-ſunt, ad ſuum principium revertitur, à quo progreſſum-eſt, multo profecto magis ordines integri à ſua ſummitate progreſſi, rurſus ad illam convertuntur, *& ad ſuum principium revertuntur*.

Ipſa vero finis ad principium reverſio, unam efficit totam, & finitam, & vergentem ad ſe-ipſam *reverſionem*, & in multitudine demõſtrantem ipſum uniformitatis genus per iſtam propenſionem, *quà propendet in ſe-ipſam*.

CXLVII.

OMnium divinorum ordinum ea, quæ ſunt extrema, ipſis finibus ſimilia ſunt, eorum, quæ ſupra-ſita, *& ſuperiora* ſunt. Si enim oportet cohærentiam eſſe divini progreſſus, & unum-quenque ordinem cum ſuis medijs eſſe-conjunctum, neceſſe *eſt* ipſas ſecundorum extremitates conjungi cum ipſis finibus primorum. Iſta verò conjunctio *fit* per ſimilitudinem. Erit igitur ſimilitudo principiorum inferioris ordinis cum ipſis finibus ſuperioris *ordinis*.

CXLVIII.

OMnis divinus ordo ſecum trifariam eſt-conjunctus, & ab extremitate, quæ eſt in ipſo, & à medio, & à fine. Nam ille quidem *ordo*, qui ſingulariſſimam habet facultatem, in ipſam totam dimittit, *ac immittit* ipſam unionem, & unit totam à-principio manantem in ſe-ipſa.

Ipſum verò medium, ad utranq; extremitatem pertinens, totam *facultatem* circa ſe--ipſum conjungit. Primorum quidem trajiciens, *atque tranſportans* ipſas donationes, *ſive dona*. Ultimorum verò, facultates extendens, & omnibus communionem imponens, *ac inſerens*, & conjunctionem mutuam aliorum cum alijs.

Unicus enim ita totus eſt ordo, *qui conſtat* & ex ijs, qui *res aliquas* implent, & ex ijs, quæ implentur. Quæ ut in quoddam centrum, in ipſum medium ſimul-vergunt, *atq; propendent*. Ipſe verò finis iterum revertens ad ipſum principium, & facultates *inde jam* progreſſas *ad ipſum* reducens, ſimilitudinem, & propenſionem, *quæ propendet in ſe ipſam* toti ordine præbet. Et ita totus ordo, eſt unus per unificam primorum facultatem, per cohærentiam in ipſo medio *exiſtentem*, per reverſionem ipſius finis ad ipſum principium ipſorum progreſſuum.

CXLIX.

OMnis divinarum Unitatum multitudo eſt numero finita. Si enim Uni eſt proxima, non

Καὶ αἱ σειραὶ μέχρι τῶν ἐσχάτων καθήκουσι. καὶ τὰ μὲν, ἀμέσως, τὰ δὲ, διὰ μέσων πλειόνων, ἢ ἐλασσόνων, εἰς ἐκείνους ἀναφέρεται. μᾶλλον δὲ, πάντα θεῶν, καὶ ὁ ἕκαστον ἔχει κατὰ φύσιν, ἐκεῖθεν ἔχει.

ρμε΄.

Πασῶν τῶν θείων προόδων τὰ πέρατα πρὸς τὰς ἑαυτῶν ἀρχὰς ὁμοιοῦται, κύκλον ἀνάρχων, καὶ ἀπλανῆ ζωὴν ζωῶν, διὰ τῆς πρὸς τὰς ἀρχὰς ἐπιστροφῆς. αἱ γὰρ ἕκαστον τῶν προελθόντων, ἐπιστρέφεται πρὸς τὴν εἰκόνα ἀρχὴν, ἀφ' ἧς προελήλυθε, πολλῷ δήπου μᾶλλον αἱ ὅλαι τάξεις ἀπὸ τῆς ἑαυτῶν ἀκρότητος προελθοῦσαι, πάλιν ἐπιστρέφεται πρὸς ἐκείνην.

Ἡ δὲ ἐπιστροφὴ τέλους εἰς τὴν ἀρχὴν, μίαν ἀπεργάζεται πᾶσιν, καὶ ὡρισμένην, καὶ εἰς ἑαυτὴν σπεύδουσιν, καὶ ἐν τῇ πληθύϊ τὸ ἐνοειδὲς ἐπιδεικνυμένην διὰ τῆς σπουδῆς.

ρμϛ΄.

Πάντων τῶν θείων διακόσμων τὰ ἀκρότατα, τοῖς πέρασιν ὁμοιοῦται τῶν ὑπερκειμένων. Εἰ γὰρ δεῖ συνέχεσθαι ἕνα τὸν θεῖον προόδου, καὶ τὰς οἰκείας ἑκάστην τάξιν συνδεῖσθαι μεσότησιν, ἀνάγκη τὰς ἀκρότητας τῶν δευτέρων, συνάπτειν ταῖς ὑποπεπερασμένοις τῶν πρώτων. ἡ δὲ συναφὴ, διὰ ὁμοιότητος. ὁμοιότης ἄρα ἔσται τῶν ἀρχῶν τῆς ὑφειμένης τάξεως πρὸς τὰ πέρατα τῆς ὑπερκειμένης.

ρμη΄.

Πᾶσα θεία τάξις ἑαυτῇ συνλαύουσι τρεῖς, ἀπό τε τῆς ἀκρότητος τῆς ἐν αὑτῇ, καὶ ἀπὸ τῆς μεσότητος, καὶ ἀπὸ τέλους. ἡ μὲν γὰρ ἑνικωτάτην ἔχουσα δύναμιν, εἰς πᾶσαν αὐτὴν διαπέμπει τὴν ἕνωσιν, καὶ ἑνοῖ πάντων αὐτὴν μένουσαν ἐφ' ἑαυτῆς.

ἡ δὲ μεσότης ἑκάτερα διαζεύγνυσι, συνδεῖ πᾶσαν πρὸς ἑαυτήν. τῶν μὲν πρώτων διαπορθμεύουσα τὰς δόσεις. τῶν δὲ πλαγίων αἰωρεύουσα τὰς δυνάμεις, καὶ πᾶσι κοινωνίαν ἐπιτιθεῖσα, καὶ σύνδεσιν πρὸς ἄλληλα.

Μία γὰρ οὕτως ἡ ὅλη γίνεται διάταξις ἔκ τε τῶν πληρούντων, καὶ τῶν πληρουμένων, ὥσπερ εἴς τι κέντρον, εἰς τὴν μεσότητα, [χρ. τῇ μεσότητι.] συνιόντων. ἡ δὲ ὑποπεράτωσις ἐπιστρέφουσι πάλιν εἰς τὴν ἀρχὴν, καὶ τὰς προελθούσας ἐπανάγουσα δυνάμεις, ὁμοιότητα, καὶ σύνδεσιν τῇ ὅλῃ τάξει παρέχεται. καθ' ὃν τρόπον ὁ σύμπας διάκοσμος, εἷς ἐστι διὰ τὴν ἑνοποιὸν τῶν πρώτων δυνάμεως, διὰ τὴν ἐν τῇ μεσότητι συνοχὴν, διὰ τὴν δι' τέλους εἰς τὴν ἀρχὴν τῶν προόδων ἐπιστροφήν.

ρμθ΄.

Πᾶν τὸ πλῆθος τῶν θείων ἑνάδων πεπερασμένον ἐστὶ καὶ ἀριθμόν. εἰ γὰρ ἐγγυτάτω τοῦ

